f Inaliter vero cōcludēdo dici potest ipos demones incubos nō tantū mulieribus ex eoz spurcicijs pgenitis aut eis ab obstetricib⁹ oblatis fore infestos. sed toto conatu in quascunq; sanctiores virgines illius terre aut oppidi p ipsas maleficas seductrices aut copulatrices anhelare. hoc em̄ experiētia rerū magistra edocuit vbi in oppido rauenspurg certe cōbuste ante finalē sententiā. Huic simile asseruerūt quod eis ab earuz magistris iniunctū fuisset oīni conatu debere in subuersionē sanctarum virginū ⁊ viduaz laborare. Et de venerea delectatiōe an maior sit vel minor cū incubis demonib⁹ in corpore assumpto quā ceteris paribus cū viris in corpore vero dicendum. Videt q̄ licet naturalis ordo hoc minus excusat quin maior sit vbi simile suo simili alludit. tamen mille ille artisex vbi debita actia debitis passiuis. licet nō in natura tamē sub qualitatib⁹ i calore. vel tēperamēto aliquo cōiungit vtiq; nō mt norem excitare vidēt cōcupiscētiaz sed de his in sequētibus latius quo ad ꝺditiōz sex⁹ feminei declarabit.

De modo generali quo per sacramēta ecclesie sua maleficia malefice exercēt. Et de modo quo vim generatiuā impedire solēt. seu etiā alios defectus super quascūq; creaturas demptis corporibus celestibus.

Capitulum quintū.

## Am aūt qua-

i liter alias creaturas in vtroq; sexu ⁊ terre fruges i ficiūt plura sunt sup modos agēdi aduertēda. Et primo q̄liter homies demū qualiter bestias. tercio qualiter terre fruges Ex pre hois. primo q̄liter vim generatiuā seu etiaz actū venereū ne mulier cōcipere. aut vir actū exercere valeat maleficis impediūt. Scdo qualiter act⁹ ille impeditur respectu vnius mulieris interdū ⁊ nō alteri⁹. Tercio q̄liter membra virilia auferunt quasi oino sint a corpib⁹ euulsa. Quarto quō si aliq̄d p̄missorum cōtingeret potentia demonis inferente per se nō p maleficaz posset discerni. Quinto quo modo malefice homines vtriusq; sexus in bestias prestigiosa arte trās-

mutāt. Sexto quō obstetrices male-fice cōceptib⁹ in vtero matris di uersis modis interimūt. ꝛ vbi ꝫ nō faciunt demonib⁹ infantes offerūt Et ne hec quasi incredibilia puta-rent. Ideo in prima parte operis p questiones ꝛ argumentoꝝ solutio-nes sunt decisa. Ad quas si op⁹ sit dubi⁹ lector ꝑ inuestiganda verita te recurrere potest. Ad pñs tantū-mō acta ꝛ gesta ꝑ nos reperta. siue etiā ab alijs cōscripta in detestatio nē tanti criminis sunt deducenda. vt priores q̄stiones si fortassis ali-cui difficiles ad intelligendū forēt Ex his q̄ in hac secunda ꝑte tradūt fidē capiat: ꝛ ab erroze resiliat. quo nullā maleficam esse. aut nullū ma-leficiū posse fieri in mundo estima ut. Unde primo notandū q̄ cū sex modis homines ledere possunt abs q̄ modis q̄bus alias creaturas le-dūt. Et vnus sit quo amoze malū in gerunt viro alicui ad mulierē vl̄ mu lieri ad virū. Illius quo odiū vel in uidiam in aliquo seminare ꝑcurāt. Tercio⁹ in his qui maleficiati dicū-tur. Ne vi generatiua vti valeāt ad feminam vel viceuersa femelle adul rum vel etiā alijs modis abortuz ꝑ curando vt supra tactum est. Quar tus cū in membro aliquo hominez egrotare faciunt. Quint⁹ cum vita priuant. Sextus cū vsum rationis auferunt. Et fateri cum hoc oportz q̄ in omni genere rez: demptis cor poribus celestib⁹ veros defectus ꝛ veras infirmitates: lz nō veras sani tates ex vtute naturali inferre pos sunt: ꝛ hoc ex potenti virtute natu-rali ꝛ spirituali qua corporali qua-cūq̄ eminent virtute. Nulla etiam infirmitas cū altera concordat; seu etiam defectus naturalis vbi infir-mitas desit. Ideo diuersis medijs vtiq̄ ad diuersas infirmitates ꝛ de fectus procedunt. De quib⁹ aliqua quantum necessitas postulat in me dium producamus prius tamen ne animus lectoris maneat suspensus cur supra corpora celestia aliquam immutationem facere non possunt Dicemus triplicem esse causam. Prima quia super eas etiā quo ad locum penalem existunt qui locus est aer caliginosus ꝛ hoc propter ip sorum officium eis deputatus: vi-de supra in prima parte tractat⁹ in qōne secūda de incubis ꝛ succubis demonib⁹. Secūda causa. quia cor pora celestia mouentur a bonis an-gelis. vide in plerisq̄ locis de mo toribus orbium. precipue sanctum Thomam in prima parte. q. cx. in quo concordant philosophi cū the ologis. Tercia causa propter uni-uersale regimen: ꝛ commune bonū vniuersi cui detraheretur in gene-rali. si malis permitteretur spiriti-bus in illa corpora celestia aliquas immutationes causare. Unde ꝛ il-le immutationes miraculose facte: in vete. aut no. testam. a deo per eo ruz motores. seu angelos bonos fa cte sunt vt in statione solis iosue. Retrogradatione sub ezechia ob-scuratione innaturali in passione christi. In omnibus autem exposi elementis ꝛ elementatis sua malefi cia deo permittente: ꝛ p̄se absq̄ ma leficis ꝛ cum maleficis exercere pos sunt. Et de facto exercere non ces-sant vt patebit. Secundo notan dum q̄ in omnib⁹ modis maleficī-andi vt plurimū sp maleficas infor māt, vt instrumēta sue malicie ꝑ sa-

cramenta seu sacramentalia eccl'ie. vel p quecunq; diuina: seu deo cõsecrata efficiant vt quando imaginez ceream sub palla altaris ad tempus ponsit: vel p crisma sacrũ filum trahunt: vel ex qbuscunq; reb⁹ cõsecratis. Et hoc q̃dem triplici ratione. sicut etiã q̃ sanctiorib⁹ anni temporibus: z p̃cipue circa aduentũ domini: z festa natalia sua maleficia exercere solent. Primo vt nõ solũ homines p talia pfidi fiant. sed etiã sacrilegi diuina quãtũ in eis est cõtaminanda. Et sic plus deũ creatorez suũ offendant intimi⁹ animas ꝑpr as condemnent: z plures in peccata ruere faciant. Secundo vt deus sic grauiter p hoies offensus demoni maiorẽ potestatẽ in hoies seuiendi relinquat. Sic etiã Greg. dicit q̃ malis interdũ iuxta eoꝝ desiderta: z petitiões cõcedit. iraruscq; alijs denegat ꝑpicius. Tercio vt sic sub specie boni apparentis plures simplicis facilius decipiat qñ p tacta diuinis reb⁹ putant aliq̃d numinis a deo obtinuisse vbi solũ maiora peccata sunt cõmissa. Potest addi quarta ratio sup sacratiora tẽpora z p̃ncipiũ anni. Nam qz festa plus frangunt peccatis mortalib⁹ q̃z mechanicis opib⁹. Juxta Aug. in li. de decẽ cordis. Superstitio autem z maleficia de maximis seruilibus operib⁹ demonis est cõtra diuinã reuerentiã. Jdeo vt dictũ ẽ homines ꝑfundius cadere facit z creatorz amplius offendit. Et sup p̃ncipiũ anni dicere possum⁹. Juxta ysiõ. li. vtij. Ethi. ca. ij. q̃ sicut Ian⁹ a quo ianuari⁹ mensis dict⁹ est. qui z in die circũcisionis incipit idolũ fuit diuersis faciebus confictum. vna tanq̃ esset finis anni p̃cedentis z alia tanq̃ esset p̃nciplũ futuri: z vt imminentis anni esset ꝓtector z fortunatus auctor in eius reuerentiam q̃z potius demonis in idolo faciebant pagani varias cõmotiones luxuriosas: z strennuas z iocalia sibi mutuo tradiderũt. choreas variis duxerunt: menses preparauerũt de quib⁹ mentio fit p beatũ Augustinũ. in multis locis z fere p totuz recitant. xxvj. q. varijs. Et sicut iaz mali xp̃iani has corruptelas imitãtur. lz quo ad lasciuiaz sint translata ab eis ad tempa carnisp̃riuij qñ cũ laruis z ludis z alijs superstitionibus discurrunt. Jta z nunc maleficie his psuasionibus a demonib⁹ in ipsoꝝ complacentiã circa p̃ncipiuz anni quo ad diuinũ officiũ z cultũ vt festũ Andree z festa natalia xp̃i existunt sua maleficia exercent. Et quidẽ iam in speciali qualiter p sacramenta p̃imo. Demũ qualiter p sacramentalia talia exercent aliqua nouiter facta. z a nobis p inquisitionem reperta referam⁹. Et oppidũ quod nominare nõ expedit: qz ordo charitatis z rationis imperat z sua pet: vbi malefica corpus dominicũ sumpsit z declinans subito vt dete stabilis modus est mulierũ peplus ori adhibuit z in panniculũ dominicũ corpus extrahendo inuoluit. z in ollã in qua buso erat sic a dyabolo informata ꝓiecit z sub terra. stabulũ prope horreũ dom⁹ sue occultauit cũ alijs plurimis reb⁹ adiunctis ex qbus sua maleficia exercere habuisset. Sed assistente diuina pietate tantũ facin⁹ detectũ ad lucem peruenit. Nam sequenti die mercennario quodã causa sui labo

ris prope stabulū iter faciente vocē quasi cuiusdam infantis ciulantis audiuit. t quanto ꝓpius accessit vs ꝙ dū ad pauimentum sub quo olla abscōdita erat pueiſſet tanto clarius audiuit. t estimans infantē aliquem a muliere subtumulatuz sculetū seu ꝓsidentē accessit. t rem gestam sua estimatione a paricida perpetratā narrauit: ꝙ cito missis seruitoribus ita esse vt ille narrauerat repertum est exhumare aūt puerū nolebant: ꝫ poti⁹ vt custodes a remotis positis si qua mulier accederet sanovsi consilio attendere haberēt Nec enim dominicū corpus ibi absconditū esse nouerant. vñ t contigit vt eadem malefica locū accederet t sub pallio alijs occulte cernentibus ollam abscondit Unde capta t questionib⁹ exposita facin⁹ detexit asserens dominicū corpus cum bufone in olla fuisse absconditū ex his puluerib⁹ sua ad libitū nocumenta hominibus seu alijs creaturis inferre posset. Insup aduertenduz ꝙ hanc obseruant malefice cōmunicātes cōsuetudinē vt si absq; nota efficere valeant dominicū corp⁹ sub lingua t nō supra recipiant rationibus his vt estimari potest vt abnegationis fidei remediū nunq; ꝓcipere velint nec ꝓ cōfessionē neq; ꝓ sacramenti eucharistie ꝓceptionem Secundo vt eo facilius ex ore dominicū corpus accipiat ꝓ earuz vt dictum est vsib⁹ applicandū in maiorem creatoris offensam. Quare t omniū ecclesie rectoribus t populum cōmunicantibus semꝙ iniungitur summā adhibere diligentiaz vt plurim si aperto ore t lingua bñ extensa cum amotōne pepli mulieres communicent. Et quanto maior adhibetur diligentia tanto plures maleficie per hunc modum notant. De alijs rebus sacramentalibus innumeras exercent superstitiones. Interdum imagines cereas quandoq; res aromaticas sub palla altaris vt supra tactum est ponentes t sub limine dom⁹ domus occultantibus vt per transitum ille ꝓ quo positum est maleficiat. Innumera possent deduci: ꝫ hec minima per maiora maleficia approbant.

De modo quo vim generatiuam impedire solent.

Capitulū. vj.

# E modo autē

quo vim generatiuā impedire solent tam in hominibus q; in iumentiis etiam in vtroq; sexu. Potest lector ex his que supra tacta sunt in questione An demones per ipas maleficas mentes hominū ad amorem vl odiū immutare valeant. Ubi post solutiones argumentoz specialis fit declaratio de modo quovim generatiuam impedire valeant deo permittente Ubi tñ notandum ꝙ tale impedimentum ab intrinseco t ab extrinseco practicat. Intrinsece autez fit ab eis dupliciter. Primo vbi rigorem membri ꝓ fructificatione accomodata directe reprimunt. Nec ꝫ videatur impossibile cum t motuz alias naturalem in aliquo membro impedire possunt. Secūdo vbi missionem spirituum ad membra in q̄bus est virtus motiua prohibent q̄ si intercludēdo vias seminis ne ad vasa generationis descendat aī ne excidatur vel emittatur. Extrinsece

pcurant interdum p imagines vel ex herbarū cōmestionib⁹. Interdū p alias res exteriores puta ex gallorū testiculis vel ex herbarū cōmestionibus. Non tamen credendum est q vtute illarū rerū vir impotēs reddat ꝛ occulta virtute demonum illudentē hmōi maleficas p huiusmodi vim generatiuaz ne videlicet vir coire aut mulier cōcipere valeat maleficiare possunt. Et hui⁹ratō est q plus pmittit deus sup hunc actum per quē primū pctm diffundit ꝯ sup alios actus humanos: sicut ꝛ sup serpentes q magis incantationibus deseruiunt ꝯ alia animalia. Unde ꝛ plures a nobis ꝛ ab alijs inquisitorib⁹ repertū est q per serpentes aut p cutē serpentis hutusmodi impedimenta intulerunt. Nā q̄dam captus maleficus fassus fuerat q multis annis sterilitatem tam in hominib⁹ ꝯ in iumentis q̄n dam domū inhabitantib⁹ p maleficium intulisset. Nider insuper vbi supra refert quendā maleficū nomine Stadlin in dioceſi Lausanensi captum q̄ ꝛ fassus fuerat q in certa domo vbi vir ꝛ vxor simul pmanebāt p sua maleficia successiue in vtero vxoris viri septem infantes occidisse. Ita vt semp abortum fecerat femina annis multis. Sicut fecerat in eadem domo oīnibus pecoribus ꝛ iumentis fetosis quorū nullū vtuū partū edidit in eisdez annis. Et cum maleficus questionaret qualit talia pcurasset: aut quo re⁹ ee posset: facinus aperuit dicēs. Subter limen hostij dom⁹ serpentem posui q̄ si amoue'rit fecunditas inhabitātib⁹ restituet. ꝛ sicut pdixit ita euenit. Nam ꝛ serpens nō fuisset inuētus quia in pulueres redactus ferram tū omnino asportabāt. Et eodem amovxoꝛi ꝛ omnibus iumentis fecunditas restituta fuit. Aliud denicp factū in Richfhofen pauci ꝛ vir quatuor annis elapsis contigit: famosissima quedam malefica erat vtpote q̄ solo tactu ꝛ oīni hora maleficiare ꝛ aborsum pcurare sciebat. In quo dū vxor cuiusdā potentis impregnata esset ꝛ ob sui custodiam quandā obstetricē ad se recepisset: auisataq ab eadē obstetrice fuisset ne castrū exiret: ꝛ q precipue a colloquio ꝛ cōuersatione illius malefice supradicte se caueret. Post aliqs septimanas immemor filius auisamenti castrū exiēs quandā mulieres cōgregatas in quodaz cōuiuio visitandi gra accessit: vbi cū paululū resedisset malefica supuenit ꝛ ipam dñam q̄si salutatiōis gratia sup ventrē ambab⁹ manibus tetigit: ꝛ subito pueruz se dolorose mouentem psensit. Ad̄ territa vbi ad pria redijt ꝛ rem gestam obstetrici narrasset. Heu inquiens iam puerū pdidistis exclamauit. ꝛ vt pdixit in partu cōtigit. Nā nec aborsum integrū ꝛ paulatim frusta iam capitis iamq pedum ꝛ manuū peperit. Magnaviq ex diuina pmissione castigatio in penam eius vicz mariti q̄ tales maleficas punire et iniurias creatoris vlcisci deberet. Fuit ꝛ in oppido merspurg pstantiensis dioceſis quidā iuuenis intantū maleficiar⁹ q nullū actū carnalē cū aliqua dempta vna exercere poterat. Multis etiā audientib⁹ retulit q sepissime dū eā declinare ꝛ alias terras inhabitare ꝛ fugā capevolebat. Adhuc interdū nocturno tpe

assurgeret festine cursu velocissimo iam p terrā iam p aerem quasi volā do redire solebat.

De modo quo membra virilia au ferre solent. Capitulum.vij.

Sed et hoc q

membra virilia auferre so lent.nō quidē in rerū ve ritate corpora humana illis spoliā do.sed pstigiosa arte occultando vt supra in questiōe desup tacta decla ratū est aliqua gesta in mediū ꝓdu cam⁹. In oppido nancꝫ rauēspurg iuuenis quidam iuuencule adhesit quā relinquere volēs membrū viri le pdidit prestigiosa vticꝫ arte vt ni hil videre aut tāgere preter planuꝫ corpus posset. Anxius inde cellare quoddā adijt vt vinū emeret ⁊ pau lulū residens mulieri cui alteri sup ueniēte causā trifticie sue aperiēdo singula enarrauit. ⁊ ita esse corpore demonstrabat. Astuta illa an ne ali quā suspectē haberet inquisiuit.Et ille vticꝫ talē ipsam denoiando ⁊ rē gestam narrādo manifestauit.Et il la. Expedit vt per violentiā aliquā vbi beniuolētia tibi nō suffragatur pro acquirēda sanitate istam indu cas.At iuuenis i crepusculo noctis viaꝫ quā ptransire malefica solebat obseruauit ⁊ ipsam reperiēs duꝫ ꝓ sanitate corporis sibi reddēda sup plicaret ⁊ illa se innoxiā nec quicꝫ scire assereret ipsam inuadendo ma nutergiū quoddā ad colluꝫ fortiter cōprimādo strinxit dicēs. Nisi mi bi sanitatē restitues de manib⁹ me is peribis. Unde illa quia clamare nō poterat ⁊ iam facies tumefacta. nigrescebat. Sine inquit me liberā ⁊ resanabo. Et iuuenis dum nodū seu stricturam laxasset malefica ma nu ipm inter femora seu coxas tetigit dicēs.iā habes quod desideras Et iuuenis vt postmodū referebat notabiliter persensérat antecꝫ visu aut tactu seipsum certificasset mem brū sibi ex tactu dūtaxat malefice fuisse restitutū. Simile. Venerād⁹ quidā pater honestate vite ⁊ scien tia ꝑclar⁹ in ordine ⁊ cōuentu Spi rensi referre solet. Quadaꝫ inqt die dum confessionū audiētie insta rem Iuuenis quidā accessit ⁊ inter ver ba cōfessionis membrū virile lamē tabiliter se pdidisse asseruit. Admi rans ego pater ⁊ verbis suis facilīt credere nolēs eo q leuis corde q fa cile credit a sapiēte iudicat. Experi entia didici per visum nihil cernen do dū iuuenis locū vestes detegen do demōstrasset. vnde in me sanoꝫ cōsilio vsus. An ne aliquā haberet suspectā que ei tale maleficiū intu lisset inquisiui. ⁊ iuuenis vnā se ha bere suspectā ꝙ absentē ⁊ i vuorma cia residentē asseruit. Tūc ego hec tibi iniūgo cū totius ipsam accedas et ꝓmissionibus ac blādis verbis ꝓ posse ipaꝫ emollire studeas.qō ⁊ fe cit. Nā post paucos dies reuersus est gratias mihi referēs se sanum ⁊ cuncta recuperasse asseruit. ⁊ sicver bis credidi experiētia tamen visus certificat⁹ denuo. Sunt tñ ⁊ hic ali qua notanda ad intelligendū clari⁹ que supra de eadē materia tacta sūt Primo q nullo modo credendū est talia membra euelli aut segregari a corpibus.sed arte pstigiosa p demo nē vt nec videri aut tāgi valeant oc cultari.Et hoc auctoritate ⁊ rōne li cet supra tactū sit vbi Alexander de ales parte secunda dicit Prestigiū

ꝑprie sumptū est illa illusio demonis que non habet causam ex parte mutatiōis rei. sed solūmodo ex parte cognoscētis qui deludit siue ꝙtum ad interiores sensus siue quantuz ad exteriores. Super hec tamē verba notādum ꝙ hic illudūtur sensus duo exteriores scilicet visus et tactus ⁊ non interiores vt sunt sensus cōmunis fantasia imaginatiua extimatiua ⁊ memoria. Licet sctūs Thomas tantūmodo ponat quatuor vt supra tactū est. Eo ꝙ fantasiā ⁊ imaginatiuā ponit vnā ⁊ bñ. pauca em̄ differētia est inter imaginari ⁊ fantasiari. Thomas in prima parte. q. lxxix. Et hij sensus imutātur ⁊ nō exteriores solū quādo nihil occultat vel manifestat vel vigilando vel dormiēdo. Vigilādo vt duz res aliter videt ꝙm in se sit. vt cū quis videt aliquē equū cum assessore deuorantē. aut in bestiā esse hominē trāsformatū aut seipsum bestiā esse ⁊ cū bestijs debere incedere estimantem tūc em̄ sensus exteriores deludunt ⁊ occupātur ꝑ interiores. quia virtute demonū species sensibiles dudum reseruare in thesauro specierū sensibiliū vt est memoria nō illa intellectiua in qua spēs intelligibiles cōseruātur. sed memoria que est cōseruatrix specierū sensibiliū ꝙ etiaz est in posteriori parte capitis educūtur virtute demonū deo interdū ꝑmittēte ad sensum cōem imaginatiuā. Et tā fortiter imprimūtur ꝙ sic necesse hz imaginare equū vel bestiam ꝑ impetusum actuz quo demon educit de memoria spēm equi vl̄ bestie. ita necesse hz estimare se videre ꝑ oculos exteriores tm̄ talez bestiā que ire ab extra nō est bestia sed ꝑ impetuosam demonis opationem mediātibus illis specieb⁹ sic videt. Nec mirū videat ꝙ demones possunt cuz ⁊ natura hoc facere possit etiaz defectuosa vt patet in freneticis. melancolicis. maniacis ⁊ ebrijs aliquibus qui nō possūt discernere Et frenetici putāt se mira vidisse et videre bestias ⁊ alia horrēda cuz tamē nihil sit in rei veritate. Vide supra in questiōe An malefice mentes hominū ad amorē vel odiuz possūt imutare vbi plura notātur. Est demū ⁊ ratio in se clara. Nam cum demon habeat quādam potestatē sup quasdam res inferiores excipiendo tantūmodo animā. Ideo potest et circa istas res aliquas immutationes facere quādo deus sinit vt res appareāt aliter ꝙm sint. Et hoc vt dolori aut turbando aut illudendo organum visus vt res clara videatur nubilosa. sicut etiam post fletuz ꝓpter humores collectos luiuen aliter apparet ꝙm ante. Vel operando in imaginatiuam potentiā per transmutationē specierum sensibiliū vt dictū est. vel humores varios mouēdo vt appareāt ignea vel aquea que sunt terrestria vel sicca vt quidā faciunt ꝙ omnes in habitatione aliqua habent se vestimentis exuere ⁊ denudare putantes se in aquis natare. Alterius autem super modum prefatum si quaritur. An huiusmodi illusiones indifferenter bonis ⁊ malis accidere possunt sicut vt infertius patebit corporales alie infirmitates etiā in gratia existentib⁹ inferri a maleficis possunt. Super quo inherendo verbis cassiani collat. ij. Abbatis sireni. Dicēdum est ꝙ nō Uñ omēs isti qui sic illudūtur ꝑsu-

munt in peccatis mortalib⁹ esse: dicit enī. Ex verbis anthonij patz demonē nullaten⁹ posse mentē cuiusq̄ vel corpus inuadere nec habere facultatē in cuiuslibet animā penitus irruendi nisi eam primo destituerit oibus cogitationibus sanctis ac spirituali contemplatiōe vacuaz nudāq̄ reddiderit. C Cōcordat cū eo qđ philosophia primo de cōsolatione ad Boetiū tāgit. Talia tibi cō tuleramus arma q̄ nisi prior abiecisses inuicta te firmitate tuerent. Añ Cassian⁹ ibidē refert de duob⁹ maleficis paganis q̄ differentes in malicia successiue per sua maleficia demones miserunt ad cellā beati Anthonij vt eū tentationib⁹ exinde fugarent odio viri sancti infecti: eo q̄ multitudo ppli ad eū quotidie cōfluebat. Qui demones lz amarissimis cogitationū stimulis Anthonium pulsarūt. Illos tñ sp repulit signo crucis frontī z pectori impsso z oratione incubationib⁹ insisten-do. Ita dicere possum⁹ q̄ oms qui sic a demonib⁹ ludificant absq̄ aliis infirmitatib⁹ corporalib⁹: vtiq̄ diuina gratia inhabitante carent. Añ z illud Thobie. vj. Qui libidini deseruiunt in eo dyabol⁹ accipit potestatē. Cōcordat z illđ qđ supra circa pmā partem tractat⁹ in q̄stione. An malefice operant circa homines i bestiales formas illos trāsmutando tactū est. vbi iuuēcula cōuersa fuit in equā sua estimatiōe et omniū eā aspicientiū dempto sancto Machario cui⁹ sensus dyabol⁹ illudere nō poterat: ad quē ducta p sanitate cū iam verā mulierē z non equā aspiceret: z ecōuerso oms alij acclamarēt q̄ equa eis videret. Ipe sanct⁹ suis orationibus eā z alios a tali illusione liberauit asserens hoc ei accidisse. qz diuinis nō vacasset: nec sacramenta vt decebat scz confessiōis z eucharistie vt decebat frequentasset. Añ iuuenis qui eaz de turpitudine sollicitauerat lz renuisset ex honestate tñ iude⁹ maleficus quē iuuenis ea de causa vt iuuencula maleficiaret accesserat virtute demonis eā in equā conuerterat. Sū marie cōcludam⁹ q̄ in bonis fortune sicut sunt res exteriores vt bona temporalia: fama z sanitas corporis. lz boni p demones z sua membra ledi possint in eoz meritū z p-bationē: sicut de beato Job patuit q̄ in talibus p demonem lesus fuit. Tamen eis inuitis sicut nullū peccatū p maleficia trahi possunt: aut violentari: lz ab intra z in carne ab extra valeant tentari. Ita etiaz nec hmōi illusiōes fantasticas actiue z passiue inferre possūt. Actiue vt eorū sensus haberent demōes illudere sicut alioz in charitate nō existētium. Passiue vt eis eoz membra p̄stigiosa illusiōe haberent auferre. Nec enī duo beato Job nunq̄ diabolus inferre potuisset p̄sertim passiuū nocumentū sup actū venereū q̄ tante continentie erat vt dicere posset. Pepigi fedus cū oculis meis ne q̄dem cogitarem de virgine. A fortiori de muliere aliena. cuz tamen sup peccatores demon magnā noscit ex verbis euangelij Luce. xj C Cum fortis armatus custodit atriū suuz in pace sunt omnia q̄ possidet habere potentiam. Verū ex his si quis quereret circa illusiōes membri virilis q̄ lz illam illusionem nō posset demon existenti in gratia in

ferre passiue an ne posset actiue vt
sc3 exñs in gratia illuderet in suovi
su q3 videret membrũ annexũ: cũ tñ
ille q̃ sibi estimaret ablatũ nõ vide
ret annexũ nec etiã alij circũstãtes
qõ si cõcedit videt esse ꝓtra p̃dicta
Potest dici q̃ q3 non tanta vis exi
stit in damno actiuo sicut passiuo:
capiendo actiuũ nõ q̃ actiue intu-
lit ꝫ q̃ damnũ ab extra videt vt de
se ptz. Ideo exñs in gratia ꝫ possz
videre damnũ alterius: ꝛ in illo de
mon sensus eius illuderet. Nõ ta-
men posset sibipsi tale damnum in
ferre passiue vt. s. suo membro ꝑua-
ret cũ libidini nõ deseruit sicut per
oppositũ vt angel9 dixit Thobie.
Qui libidini vacant demonũ acci
pit potestatẽ. Quid deniq̃ sentien-
dũ sup eas maleficas qui hmõi mẽ
bra in copioso interduz numero vt
viginti vl̃ triginta membra insil̃ ad
nidũ auiũ vl̃ ad aliqõ scriniũ inclu
dunt vbi ꝛ q̃si ad viuentia membra
se mouent vl̃ auenã vel pabulũ con
sumenda ꝑput a multis visa sunt. et
cõmunis fama refert. Dicendũ q̃
dyabolica opatiõe ꝛ illusiõe cũcta
exercent: sic em̃ sensus vidntiũ il-
ludunt modis supra tactis ¶ Retulit
em̃ q̃dam q̃ dũ membrũ p̃didisset ꝛ
quandã maleficã cause recuperãde
sanitatis accessisset. Illa vt quãdã
arborẽ ascẽdẽt infirmo iniunxit ꝛ vt
de nido in quo plurima erant mem
bra si qõ vellet accipere posset idul
sit. Et cum ille magnũ quoddã acci
pere attentasset nõ ait malefica illõ
accipias ꝛ q3 vni ex plebanis attri-
neret subiunxit. hec omnia vtiq̃ ꝑ-
stigiosa illusione fieri a demonibus
modis supra tactis organum visus
per trasmutationem specierum sen
sibilium in imaginatiuã potentiam
turbando. Nec em̃ oportet asserere
q̃ demões sint in assumptis sic mẽ
bris ostendentes quemadmodũ so
lent in assumptis corporibus ex ae
re maleficis ꝛ interduz hominibus
apparere ꝛ cum eis conuersari. Ra
tio est: q3 facilior modo videlicet q̃
motũ interiorem localem specierũ
sensibiliũ ex conseruatoria seu me-
morativa potentia ad imaginatiuã
ista facere possunt. Et si quis dice-
re vellet q̃ etiam simili modo face-
re possent vbi in assumptis corpo-
ribus asserunt maleficis: aut alijs
hominib9 conuersari vt videlicz ta
les apparitiones facerent ꝑ trans-
mutationez specierũ sensibilium in
imaginatiuam potentiã vt homies
dum putarent demones in assum-
ptis corporibus esse presentes: tũc
nõ essent nisi tales species sensibi-
lium in interioribus potentijs imu
tationes. Dicendũ q̃ si nil alti9 de-
mon ostendere vellet: nisi tantũmo
do humane effigie p̃sentatõnẽ: tũc
vtiq̃ opus non esz ei in assumpto
corpore apparere cum sufficienter
per prefatam transmutationez hoc
efficere posset. Nunc aũt q3 altiora
habet exercere puta loqui cõuesci ꝛ
alijs spurcitijs intẽdere. Ideo ꝛ ip
sum p̃sentem esse oportet ab extra
visui realiter in assumpto corpore
se obijciendo quia virtus angeli ibi
est vbi operat fm doctores. In que
stione vo q̃ querit. Quid si demon
per se absq̃ malefica membrum vi-
rile alicui auferret. An aliq̃ sit dif-
ferentia inter vnam ablationem et
alteram. Dici potest vltra illa que
tanguntur in prima parte tracta-
tus in questione An malefice mem

bra virilia possint auferre qvbi demon p se mēbrū auferret. tunc vere ꝛ realiter auferret. ꝛ vere ꝛ realiter restitueret quādocūqꝫ restituere haberet. In secundo sicut nō absqꝫ lesione ita non absqꝫ dolore auferret. Tercio qꝫ nunqꝫ nisi coactus p bonum angelū hoc faceret eo qꝫ materiā sui lucri āputare haberet. nouit em̄ plura maleficia super illū actuz exercere qꝫ sup alios humanos actꝰ sicut etiā deus plus ꝓmittit illū actum maleficiare qꝫ alios humanos actus. vt supra tactū est. que singula locū nō habēt vbi per maleficas deo ꝓmittente opatur. Et si dubitatur an demō plus affectat homies ꝛ creaturas p seipm ledere qꝫ p maleficas. Dici potest qꝫ nulla est compatio. In infinitū em̄ plus affectat p maleficas ledere. Tum qꝛ maiorē infert deo cōtumeliā creaturaz sibi dicatā vsurpando. Secūdo qꝛ cum deus amplius offendit. amplius sibi nocendi hominibus potestas ꝓmittitur. Tercio ꝓpter sui lucrū quod in perditionē statuit animarū.

De modo quo malefice homines in bestiales formas transformāt.

Capitulum .viij.

Ed et hoc qꝛ

I malefice homies in bestiales formas virtute demonum qꝛ talia pricipaliter opat trāsformāt. Licet in prima parte opis questione. An talia malefice valeāt efficere satis sit declaratuz. qꝛ tamē aliquibus illa questio sub suis argumentis ꝛ solutiōibus nimis posset esse obscura p̄sertim cum acta ꝛ gesta super hec nō sunt deducta. Modus etiā quo seipsas sic trāsformāt non est expressus. Ideo presens addenda est declaratio per solutiones plurimorū dubiorū. Et primo qꝫ ca non ille. xxvj. q. v. episcopi. non est sic nude intelligēdus circa hāc materiā prout plures etiā docti sed vtinam bene docti decipiunt. ꝛ q publice in eorū sermonib⁹ asserere nō verent huiusmodi trāsmutatiōes ꝓstigiosas. nullo modo etiam virture demonū posse fieri. Et hoc vticqꝫ in magnū fidei detrimentū vt sepe tactum est ꝛ maleficarū cōfortationē que ꝛ multū de talibus cōgaudent sermonibus. Cōtingit autē hoc huiusmodi p̄dicatoribus eo qꝫ in cortice ꝛ nō in medulla verboꝝ cononis laborant vt supra tactū est. Cuz em̄ dicit. Quisqs credit posse fieri alīquam creaturā aut in melius aut in deterius trāmutari aut trāsformari in aliā speciē vel in aliā similitudinem nisi ab ipso creatore qui omia fecit proculdubio infidelis est. Hic plus lector attendat ad duo principalia. Primo sup verbum fieri. Secundo super verba in aliā similitudinem cōuerti. Super primū sit resolutus qꝫ fieri capit dupliciter. videlicet pro creari ꝛ pro naturali ꝓductiōe alicuius rei. Primo modo soli deo cōuenit vt notum est q̄ sua infinita potentia aliquid ex nihilo creare potest. Secūdo modo distinguenduz est de creaturis. Quia aut sunt creature perfecte vt homo asinus ꝛc. Aut sunt imperfecte vt serpentes. rane. mures ꝛc. que ideo dicūtur imperfecta. quia ex putrefactione generari etiam possunt. licet enim semper de primis loquitur canon. non de secundis. quod potest patere. eo qꝫ Albertus in libro de

animalibus vbi querit. An demões possint facêvera aialia. Et respõdit q sic. sed b'q ad impfecta animalia Etiã cuz ea differẽtia q nõ instanti sicut deus opatur sed motu quodã licet subito. sicut pater de maleficis Exo. vij. Si placet vide aliqua que in notata questiõe tangunt circa p mã partẽ operis. z in solutione primi argumẽti. Sup secũdum vbi tãgitur q nõ possunt aliquã creaturã trãsmutare. Dicas q est duplex trãsmutatio. Substãtialis z accidentalis. Et hec accidẽtalis itez duplex. quia vel per formã naturalẽ z inherentẽ rei que videt vel per formam non inherentẽ rei que videt. sed inherentẽ organis z potẽtijs ipiusvidentis. De primis loquit canon et precipue de formali seu quidditatiua trãsmutatione put vna substantia in aliã trãsmutat cuiusmodi solus deus qui taliũ quidditatũ creator existit facere potest. loquit etiã z de secunda licet illã demon efficere possit inquãtũ p infirmitates diuina pmissione immissas aliqua forma accidentalis corpori inducit. vt sbi leprosa facies apparẽt vel huiꝰ simile. sed quia ꝓprie de his non loquimur. sed de pstigiosa apparitõe sm quã vident res trãsmutari in alias similitudines. Dicimus q has trãsmutationes allegat ca. excludere nõ potest. qõ auctoritate. ratõne z experiẽtia insimul ex his que sup certa experimẽta que Augustinus lib. xviij. caꝑ. xvij. de ciuita. dei refert deducũtur. z p varias questiones illa etiã declarãdo. naz inter alias prestigiosas trãsformationes refert q famosissima maga circes mutauerit socios ylixis in bestias. Et q quedã stabularie mulieres cõuertissent hospites suos i iumẽta onera portãtia. Refert etiã socios diomedis in aues cõuersos. z q postea longo tẽpore circa templuz diomedis volassent. Et qõ prestãtius narrasset de patre suo veraciter. q ipse pater dixisset se caballũ fuisse z annonã cum alijs anialibus batulasse De prio nãq q socij ylixis fuissent i bestias mutati. ibi vtiq; sola apparẽtia fuit z oculoruz deceptio ita q forma illa bestialis educta fuit ỏ cõseruatorio seu memoria specierũ ad ipsam vim imaginatiuã. vnde et visio imaginaria causabat z consequẽter ex forti impressione in potẽtias alias z organa videns estimabat se bestiã videre. modo quo supra in ꝑcedenti capitulo tactũ est. sed quomodo ista fieri possũt virtute demonis sine lesione infra patebit. De secũdo vero vbi hospites in iumenta onera portãtia a stabularijs cõuertebãtur z similiter hoc q prestantij pater se equũ fuisse z bladũ portasse narrat. Notãdum q ibi tres fuerũt deceptiões. Prima q illi homines pstigiosa arte videbãtur cõuersi in iumẽta que cõuersio facta fuit modo supra tacto. Secundo q illa onera vbi excedebãt vires portãtiũ demones inuisibiliter illa attulerẽt. Tercia q illi ꝙ alijs videbãtur trãsmutati in spẽs. sibijpsis etiã videbãtur se in bestias cõuersos. sic Nabuchodonosor cõtigit. vbi septẽ tẽpora sup eum fuerũt imutata. vt fenum quasi bos comederet. De illo aũt q socij diomedis fuissent i aues cõuersi. z circa templũ volasse. Dicendũ q ille diomedis qui in exercitu grecoz circa obsidionẽ ciuitatis

troye fuerat. vbi ad ꝓpria redire volebat i mari. cū socio⁹ sbmersus fuit. Ideo cū ex suggestione cuiusdam idoli tēplū sibi q̄si inter deos ānumerat⁹ essz ꝯstructū fuerat. demões in ꝯfirmatōez erroris longo tpe tā ꝙ aues loco eoꝝ volabāt. q̄re z alīd gen⁹ supstitōnis a p̄dictis p̄stigijs ibi fuit. q̄ vicz nō p reductōez spēꝝ sensibiliuz ad vim imaginatiuā. ꝟ i assumptis corpib⁹ tā ꝙ aues volantes se oculis aspiciētiū ingerebāt. Q̄ si q̄rit. An etiā p̄dicto mō p reductionē spēꝝ sensibiliū aspicientes illudē potuissent vt demones nō in assumptis corpib⁹ ex aere tā ꝙ volātes aues se ingessissent Dicē dū q̄ sic. Raz z opinio q̄rūdā fuit. vt recitat sctūs Tho. in. ij. sñiaruz. dī. viij. ar. ij. q̄ angeli q̄cūq̄ siue boni siue mali nūq̄ assumerēt corpa. ꝟ q̄ oia q̄ de eoꝝ apparitionib⁹ legūtur i scpturis fctā fuerūt i p̄stigijs vel fm visionē imaginariā. In quibus ꝟbis notat a doctore sctō differētiā inter p̄stigiū z imaginariā visionē. Quia p̄stigiuz p̄t hīe rem ab extra corpali visui se obijciente. Licet aliter videat q̄ ꝟ sit. Imaginaria aūt visio nō hoc nccārio requirit. vt vicz res ab extra obijciat. ꝟ p̄t fieri absq̄ illa exteriori obiectōe tm̄mō per illas interiores spēs sensibiles vbi ad vim imaginatiuā reducunt Ūñ illoꝝ opinionem sequēdo socij Dyomedis nō fuerūt repñtati p demones i assumptis corpib⁹ z silitudinib⁹ auiuz. ꝟ tm̄modo fantastica z imagiaria visiōe. p illaꝝ vicz specieꝝ sensibiliū reductionē ꝛc. vtꝫ. Sed q̄ doctor sctūs opinionez illā vt errorez z nō vt opinionē simplicē reprobat. licet non vt heresim forte vt ple credit. cuz etiā tales apparitōes imaginarie interdum z a bonis z a malis angelis fuerit absq̄ corpib⁹ assumptis vsitate. Ideo vt ibidē dicit. cū scti cōiter dicūt angelos etiā corpali visiōe appuisse. z talis apparitio fit in assūptis corpoꝛibus. Textus etiā scripture sacre sup tales corpales appitiones plus cōcordat q̄ sup imaginarias. aut p̄stigiosas. Ideo ex his ad p̄ns dicē possumus. etiā, super quascūq̄ visiones ꝯsimiles illis de socijs diomedis. q̄ licet illi socij imaginaria visione vidētiū potuissent opere demonū videri mō quo dictū ē. tñ potius p̄sumitur q̄ per demōes in assumptis corpibus ex elemēto aeris tā ꝙ aues volātes fuerint visi aut q̄ alie aues naturales a demonibus agitate illos repñtauerit.

Qualiter demones intra corpa z capita existūt sine lesione. quando p̄stigiosas opant trāsmutatōes

Capitulum nonū.

## Dod si vlteriꝰ

q sup modū prestigiose trās, mutationis querit. An intra corpa z capita tūc existāt. Et an tales sint tā ꝙ obsessi a demonibus estimādi. Et qualiter fieri possit vt absq̄ lesione potentiaꝝ z virtū interioꝝ possint species ab vna potētia interiori ad aliā deducē. Et vtꝝ tale opus debeat censeri miraculosum factuz. aut nō? Ad primū oportet distinguere de p̄stigiosa illusione. eo q̄ vt dictum est. Illa illusio fit interdum sup sensus exteriores interduz sup interiores vsq̄ ad sensuz exteriorē. Prima ergo ꝟ possit fieri absq̄ hoc q̄ demones intrent

pot entias exteriores illas occupā do. sed tm exterius deludendo. vt vbi corpus aliquod occultare vellet per interpositionē alicuius alteriꝰ corporis vel alio quocūq; modo. Aut vbi per se corpus assumere ⁊ se visui obiiceret. Secūda tamen nō potest fieri nisi ipm caput ⁊ potētias principaliter occupet. Et hoc ostēditur auctoritate ⁊ ratione. Nec obstare potest q duo spīritus creati nō possint esse in vno eodēq; loco. ⁊ anīa sit in qualibet pte corporis. Est aūt auctoritas sup hoc Damascen. Angelꝰ ubi ē. vbi operat. Ratio scti Thome. ij. sentē tia. dist. vij. ar. v. Dmōes angeli boni ⁊ mali ex virtute naturali q prestantior vtiq; est quacūq; corporali habēt potestatē trāsmutandi corpora nostra. Vtq; hoc ne dum propter prestantiā ⁊ nobilitatē nature sed ⁊ ideo q tota machina mūdi et creatura corpalis amministrat per angelos (Grego. liij. dialo. In hūc mūdum visibilem nihil nisi p creaturam inuisibilē disponi potest. vnde oīa corpalia regūtur per angelos sicut ⁊ motores orbium asserūtur nō solum a doctoribus sanctis. sed etiā a phīs omnibꝰ. Patq; ⁊ ex eo q oīa corpora humana mouētur ab animabꝰ. sicut oīa alia per corpa celestia ⁊ per ipōrum motores Sicut placet videat sctm Thomā in prima pte. q. cx. ar. j. Ex quo cōcluditur. q q demones vbi operātur. ibi sunt. Ideo quādo fantasias ⁊ interiores potētias pturbāt. tūc etiā ibi existūt. Item licet illabi anie illi sit tātum possibile q eaz creauit. tamen demones etiā illabi pūt deo pmittente corpibus nostrī

Et q pterīc possunt impressiones facere in potētias interiores affixas organis corpalibus. Ideo ⁊ q illas impressiones. sicut immutanē organa. ita imutātur opationes potentiax. modo quo dictū est q educere pnt species reseruatas in vna potentia affixa organo. sicut ex memoria que est in vltima pte capitis educit speciē equi localiter mouendo illud fantasma vsq; ad mediaz ptem capitis vbi est cellula virtutis imaginatiue. ⁊ demū consequēter vsq; ad sensum cōem. cuius residētia est in anteriori parte capitis. Et oīa tamē subito sic inutare ⁊ perturbare possunt. vt forme tales necessario estimentur. Ac si exteriori vicio obiicirētur. Exemplu patuit ex naturali defectu in frenetics et aliis maniacis. Quod si queritur q modo hoc absq; dolore capitis efficere possit. facilis ē respō sio. Dico q qz eē organa nō diuidit nec īmutat quo ad ipōx subiectū. ꝑ tm modo species mouet. Item secūdo q nō alterat immittēdo aliquaz qualitatem actiuaz. vñ necessario passio sequat. cum ⁊ ipse in se demon oīi qualitate corpali careat. Ideo sine dolore talia opari potest. Itez tertio q vt dictum est tm modo facit trāsmutationes p motum locale ab vno organo ad aliud. ⁊ non per alios motus. ex quibus alterationes lesiue interdum causantur. Illud ergo quod difficultatem facit. q quia duo spīritus nō possunt esse in eodem loco. puta diffinitiue ⁊ anima etiā existit in capite. q modo tūc demones ibidē existere possunt. Dicēduz q residentia anime assignat centrū cordis. in quo virtā

Influēdo oībus mēbris cōmunicat. Et exēplū datur d aranea i medio tele que sentit tactū ex oīi pte Tamē quia dictū Augustini in libro de spiritu t anīa. q est tota i toto et tota in qualibet pte corporis Ideo dato q sit i capite. adhuc demon ibi opari pōt. quia alia ē eius operatio ab opatione aie cū operatio aie in corpe est vt informat t vitā influat. vñ est ibi sic forma in materia nō sicut in loco. Demon autē sicut in tali parte corpis t tali loco immutādo t opando circa spēs sensibiles. Unde q nulla cōfusio operationū est inter eos. Ideo vtrūq; simul in eadez pte corpis esse pōt. Ad illud. An tales sint tāq; obsessi et arrepticij .i. a demonib⁹ arrepti estimādi. q specialē hoc vult habere declaratōnē. An videlicet ꝺ possibile sit vt ope maleficoz alīquis vt obsessus a demone. i. q demō eū possideat vere t corpaliter. Iō de tali materia spectalis tractabit modus in capitulo sequenti. habet em̄ t hoc specialē difficultatē. An operibus maleficoz id fieri valeat. Ad illud tātūmodo. An talia opa maleficorū t demonū sint ad modū miraculorū operū censenda. ita q debeant opera miraculosa estimari. Dicendum q sic inquantum fiunt preter ordinē nature create nobis note per virtutem creature nobis ignote. licet non sint proprie miracula sicut illa que fiunt preter ordinē totius nature create qualia sunt miracula dei t sanctoz. Vide que in prima pte opis sub quinta q̄stione t reprobatōe tertij erroris tacta sunt vltra que addēda sunt het propter eos qui hmōi opera impugnare possent quasi nō debeāt censeri opera miraculosa sed simplicit opera dyabolica eo q cū miracula sine data in cōfirmationē fidei non debent ꝓcedi fidei aduersario. Tum etiā quia signa antichristi dicūtur ab apostolo signa mendacia. Sed dicēdū ad pmū. Q miracula facere est donū gratie gratis date. Ut sicut p malos pōt fieri hoies. ita p malos spūs in his videlicet ad q eoz virtus extēdere se pōt. Unde etiā discernūtur miracula p bonos facta ab illis q̄ per malos fiunt ad minus tripliciter. Primo ex efficacia virtutis opantis q signa facta per bonos diuina virtute fiunt in illis etiā ad que virt⁹ actiue nature se nullo mō extēdit. sicut suscitare mortuos et hmōi q̄ demones fm vitatē facere nō pōt. ꝯ in prestigijs tātum vt symō magus de mortuo cuius caput agitabat q̄ diu durare non pōt. Scdo ex vtilitate signoz̄. q signa p bonos facta sunt de rebus vtibilib⁹. vt in curatōib⁹ infirmitatū, t hmōi. Signa aūt per maleficas facta sūt de reb⁹ nociuis vel vanis sicut q volāt in aere vel reddāt mēbra hoīz stupida t hmōi. Et hāc differentiā assignat beatus Petr⁹ in itinerario Clemētis. Tertia differētia est q̄tuz ad finē. quia signa bonoz̄ ordinant ad edificationē fidei t bonoz̄ moz̄. Sed signa malorū sunt in manifestū nocumentū fidei t honestatis. Etiā q̄tū ad modū operādi differūt. quia boni operantur mirabilia per inuocationem diuini nominis pie t reuerēter. Sed malefici t mali q̄busdam deliramentis t demonū inuocationibus. Aliud etiam nō obstat

q̄ videlicet apostolus opa dyaboli ꝛ antichristi nominat signa mendacia. quia tunc illa mirabilia que fient ab eo diuina p̄missione sunt vera ꝛ etiā falsa diuersis respectibus Vera in illis que fiunt virtute demonis ad que eius virtus se extendere potest. Falsa quādo faciet ea ad que sua virtus se nō potest extēdere vt suscitare mortuos . illuminare cecos. quia in primo vbi face re attētabit aut intrabit corpus defuncti aut illud amouebit ꝛ loco illius ipe in assumpto corpe ex aere se p̄sentabit. ꝛ sic in secūdo p̄stigiosa arte visuz aufert. aut infirmitates alias ꝛ subito sanabit a lesione cessando. nō qualitates interiores rectificando sicut in legēda Bartholomei ponitur. Possunt etiam oia mirabilia opera antichristi ꝛ maleficarū dici signa mendacia inq̄ntum solūmodo ad decipiendū fiūt iam ꝛ tunc operabit antichristus. Hec Thomas distin. vij. de virtute demonū in operādo. Possz etiā hic adduci differētia miraculoruz que ponitur in compendio theologice veritatis. ꝛ inter mirū ꝛ miraculum. quia cum miraculū proprie quattuor req̄rat scilicet q̄ sit a deo. ꝛ q̄ sit p̄ter existentiā nature. cōtra cuius ordinem fit ꝛ tertio q̄ sit euidens. ꝛ quarto q̄ ad fidei corroborationē . quia ergo in operibus maleficiarum primū et vltimuz ad minus deficiunt . ideo mira opera non autē miracula dici possunt. Ea etiam ratione. quia ꝛ si aliquo modo miracula dici possunt . quia tamen quedā sunt supra naturā. quedam cōtra naturaz. quedam p̄ter naturam. Et supra naturā sunt illa in quibus non est simile in natura nec in eius potentia. vt virginē parere. Contra naturā vt que fiūt vsu cōtrario nature terminātur autem ad cōforme nature . vt ceci illuminatio. Et p̄ter naturā. vt que fiūt ordini simile nature nō tamen per principiū nature. vt in mutatione virgarum inserpētes quod natura facere potuisset per longam putrefactionē propter rationes seminales. sic etiam opera magorū dicentur mirabilia. Rem gestam narrare expedit ꝛ paululum eius declarationi insistere . Est oppidum in dioceſi Argentinēſi cuius nomen occultare ordo charitatis ꝛ honestatis postulat . In quo laborator quadam die dum ligna ad comburendum duntaxat in domo secaret Cattus quidaz non parue quātitatis ipsuz molestare ei importune se obijciendo nisus est. quez abiendo ecce alius maioris quātitatis simil cum priori acrius ipsum aggrediūtur quos iteruz vbi repellere volebat. ecce tres pariter ꝛ iam versus vultum saliēdo iamq̄ inter tibias morsibus lacerando ipsum aggrediuntur. Perterritus inde ꝛ vt retulit maiori anxietate nūq̄ perplexus signo crucis se muniēdo ꝛ op⁹ p̄termittēdo per incisa ligna cattos infestos et modo ad faciē modo ad guttur denuo saltantes iam vnam ad caput iam alteram ad pedes aut super dorsum percutiendo vix abegit. Et ecce post horę spaciū dum iteruz suo operi insisteret duo famuli oppidi consulū tanq̄ malefactorem ipsum capientes ad p̄sentiam baliui seu iudicis ducere volebāt qui iudex a longe ipsuz

aſpiciēs. Nec audiētiā ſibi preſtare volens. imperat vt ad pfundum cuiuſdā turris ſeu carceris vbi plectendi includebātur ad mortē pūceretur. Eiulās ille z cur talia pateretur. cuz in nullo crimīe ſe cōſciuz agnoſceret. per triduū cuſtodibus carceris querulose lamētabat. Et bi quidez quāto pro audientia ſibi preſentāda amplius inſtarēt. Tāto acrius iudex ira ſeuiebat. vbis cōtumelioſis aſſerēs. quomō tantus malefactor adhuc reatum ſuū non agnoſceret. aut quomō ſe innocentem pclamaret cuz euidentia facti eius flagitia horrēda demōſtrarēt. Et cuz bi nihil pficerēt tamē ſuaſu alioz cōſuluz iudex inductus audientiā ſibi preſtare habuit Eductus itaq; de carcē cuz añ iudicez ſtaret z iudex ipm intueri renueret. pauper genibus alioz circūſedētiū p uolutus pecūt vt cauſa ſue calamitatis ſibi aperiret. ſicq; iudex i bec verba prupit. Tu ſceleſtiſſimꝰ hominū q̄mō tua flagitia nō recognoſcis. Ecce tali die z tali hora tres matronas precipue huius ciuitatz vulneraſti. vt in lectis decūbētes nec ſurgere aut mouere ſe valent. Refocillatus paup z de die z hora ac ō euētu rei apō ſe ruminās dixit En diebus vite mee mulierem nūq; percuſſi aut verberaui. z q̄ tali die z hora ſectioni lignoz inſteti. teſtium legitima pductōe pbabo. Sed z vri familiares ſequēti hora huic operi me inſiſtētē cōparuerūt. Tūc iratꝰ furibūdꝰ iudex. Ecce ait q̄mō ſcelera ſua palliare nitit. Mulieres vbera deplāgūt demōſtrāt. z q̄ eas pcuſſerit publice teſtātur. Tūc pauper amplius ſup euētum rei ruminās. Illa inquit hora creaturas me pcuſſiſſe recoloz. nō autez mulieres. Attoniti circūſedētes et vt cuiuſmodi creaturas percuſſerit reſerari cupiūt. Tūc ille rem geſtā z put ſupra tactuz eſt oīb⁹ ſtupētibus recitauit. Et intelligētes op⁹ demonis fuiſſe. pauperē ſolutum z illeſum abire. z q̄ negocium nulli reuelaret pcipiūt. Sed nec a fidei zelatoribꝰ qui z interfuerāt euētus occultari potuit. ſuper quē moduz aliqua diſſerendo. An ne demones in aſſumptis ſic effigijs abſq; pſentia maleficaz appuerūt. aut earum corpalis pſentia preſtigioſo artificio in beſtiales illas formas tranſmutata fuerit. Reſpōdēdo cōcludere oportet. Q̄z licet vtrūq; virtute demonū fieri poſſet. ipm tñ factum fuiſſe amplioꝰ preſumit. Nam motum localez vbi demones in effigijs cattoz laboratorē inuaſerūt. etiā laboratoris ictus z vbera cattis illatas mulieribꝰ in domo reſidētibus ſbito. z q̄ aerem inferre potuiſſe. z hoc ppter pactū mutuo dudum initū neno dubitat. Sic em z leſionē vl punctura quā inferre volūt ſciūt alicui imagini depicto vl fuſo vbi aliquē maleficiare voluut. q̄ nō illi imagini ꝫ illum quē pſentare habet iuxta pūcturas ſup ima gines factas ledūt. Maria ſup hūc modum geſta deduci poſſent. Nec valet inſtātia ſi quis obijcēt illas mulieres ſic leſas fortaſſis fuiſſe innocētes. eo q̄ q̄ exēpla tacta leſiones etiā innocētibus poſſe pting re pti. Dum aliqs ignorāter p imaginem artificialez a malefica ledit inſtantia nō valet. quia aliud eſt a demone q̄ malefica ledi. z aliud q̄

tpm demonē absq; malefica. qr demon p se in effigie anialis tūc verbera suscipit. quādo alteri sibi per pactum ꝓiūcto infert. Et quādo cū eiꝰ consensu ad talem apparitōem sub tali forma ꝛ modo se ingessit. Unde sic tantūmodo noxios ꝛ sibi per pactum ꝓiūctos nocere potest. ꝛ nullo modo innocētes. Per maleficas autē vbi demones ledere q̄ sunt. tūc etiam innocētes permissione diuina in vltionem tanti criminis sepe affligunt. verum q̄ etiam demones per se interdum deo permittente ꝛ innocētes ledūt. ꝛ dudū Job sanctissimū leserūt. sed ibi nō fuerūt nec vsus fuit dyabolꝰ hmōt prestigiosis apparitiōibus. prout in tali facto ꝛ per tale fantasma catti quod animal perfidoꝝ est appropriatum signū. sicut canis predicatorū in scripturis. Uñ semper mutuo sibi insidiātur. Et ordo predicatorū sub figura cattuli latrantis in primo fundatore aduersus hereses premōstratus fuit. Presumit autē q̄ per secūdū modum malefice ille tres laboratorē ꝛnuaserūt. tū q̄ primus modus nō tātū eis placuisset tum qr secūdꝰ earū curiositati magis cōgruit. In quo etiam talis ordo circa tria seruatus fuit. Primo q̄ ad demonū instantiā sollicitate sup hoc fuerūt ꝛ nō demones ad instantiā maleficarū. Sic em̄ sepissime ex earum fassionibꝰ repertū est a nobis. q̄ ad instantiam demonū eas cōtinue ad mala perpetrāda infestātes plura habent facere. Et verisimile q̄ de se nō cogitassent pauperē molestare. Causa aūt quare demones ad hoc sollicitabāt sine dubio extitit. q̄ qr bene noscūt vbi cri

mina manifesta impunita remanēt ampliꝰ deꝰ offenditur. fides catholica dehonestat. ꝛ ip̄arum numerꝰ amplius augmentat. Secūdo. habito earum cōsensu demones earum corpa localiter transtulerūt ea facilitate qua ꝛ spiritualis virtus prestātior corpali existit. Tertio q̄ prestigiosa appitiōe modo quo supra tactus est in formas illas bestiales cōuerse tpm laboratorem inuadere habuerūt. nec defense a verberibꝰ sicut vtiq; ea facilitate qua trāslate fuerant eas defendere potuissent. sed verberari ꝛ verberatorē manifestare ꝓmiserūt. scientes illa flagitia p effeminatos viros nullum zelum fidei habētes remanere ob causas preactas impunita. Alludit qđ legitur de quodā sancto viro. q̄ duꝫ semel predicātez diabolum in forma sacerdotis deuoti i ecclesia repperisset. ꝛ p spiritū ip̄m demonem agnouisset esse verba sua obseruauit. ꝛ an bñ vel male populū informaret attendebat. Et duꝫ ip̄m irreprehēsibilem ꝛ potius criminū obiurgatorem ppendisset. finito sermone eo accersito dum cām sup his q̄reret. respōdit. Ecce veritatez dico sciēs q̄ duꝫ auditores sint verbi et nō factores. ampliꝰ deus offendit ꝛ lucrum meū augmētatur.

De modo quo demones p maleficarū operatōes hoies| interdum substātialiter inhabitāt.

Capitulū decimū.

## Dia in p̄ceden

q ti capitulo tactum est qualiter demones etiaꝫ capita hoim aut alias ptes corpis occupare ꝛ itrare ꝛ spēs iteriores de loco

Sicut maleficiū in potētia generatiua ita z philocaptio z odiū in volūtate causant. expedit primo de eius causa. z tandem quātū possibile est de eius remediis trāscurrere. Philocaptio igitur seu amor inordinatus vnius sexus ad alterum triplici ex causa oriri potest. Aliquādo ex sola incautela oculoꝝ. aliquādo ex tentatione demonū soluz. aliquādo ex maleficio nigromāticorū et maleficarū simul z demonuz. De primo dicitur Iacobi. j. Unusquisq; tentat a concupiscētia sua abstractus z illectus deinde concupiscentia cuz cōceperit parit peccatū. peccatum vero cum cōsummatū fuerit generat mortem. Sic sychem cū vidisset dinam exuntem ad videndas mulieres regionis illius adamauit eam z rapuit z dormiuit cum illa et cōglutinata est anima eius cum ea. Genes. xxxiij. Sm glo. Infirme anime sic accidit quādo postpositis p prijs aliena negocia curat. seducit cōsuetudine z fit vna vnitate cōsensus cum illicitis. Secundo q oriat ex tentatiōe demonū principaliter Sic aman sororē thamar speciosissimā adamauerat et deperierat in ea valde ita vt propter amorē ei⁹ egrotaret. ij. Regum. xiij. nō cū in toto tam corruptus esse potuit mente vt in tātum facinus stupri prosiliret. si nō grauiter a dyabolo tentatus fuisset. De hoc etiā genere amoris refertus est liber sanctorū patruz qui refert oēm tentationē carnalis amoris sibi i heremis subtractisse. quosdam qui tamen vltra cꝫ credi potest amore mulierū tentabātur aliquoties. Unde z. ij. Corinth. xij. apostulus dicit. Datus est mihi stimulus carnis mee angelus satthane qui me colaphiset. vbi glosa. tentādo per libidinē dat⁹ est mihi stimulus. aliꝫ quidā. tentario autem tui nō cōsentitur non est peccatum. sed materia exercende virtutis. hoc intelligitur de tentatione que ab hoste nō a carne que peccatū est veniale etiā si nō consentiatur. De his varia exēpla legūtur in varijs locis. De tercio q amor hereos ꝓueniat ex maleficijs demonū z maleficaruz possibilitas huius maleficij supra in questionibus prime partis. an demones per maleficas mentes hominū ad amorem vel odiū imutare z incitare valeant ad longū deducitur. per varia etiā gesta z acta a nobis reperta cō probatur. immo inter omnia maleficia minimū ꝓpter sui generalitatem reputat. Et si queritur. petrus philocaptus amore talis ꝛc. nescit an primo secundo aut tercio modo Respondetur. odium inter cōiugatos cū crimine adulterij z si operatione demonū fieri possit. vbi tamē fisco carnalis cōcupiscentie amoris quis adeo inuoluit z succēditur vt nulla confessione plagis verbis aut factis ad desistendum cogi valeat. Item vbi quis sepe pulchrioꝛez dimittit vxorem z turpissime adheret Item vbi nocturno tpe nec quiescere

valent. ꝫ ita dementant vt ꝑ deuia queq; incedere habeant. Optimates prelati aut alij diuites sepissime his miserijs inuoluunt. Est quidez hoc temp⁹ muliebre de quo hildegardus vt Uincen. in specu. histo. refert p̄dixit ꝙ nō tamdiu durabit quantū hucusq; perstitit. cum iam mund⁹ plen⁹ sit adulterij precipue in optimatibus. ⁊ quid opus scribere de remedijs q̄ remedia abhorrēt. tñ vt pio lectori satisfiat aliqua breuiter tangam⁹. Super philocaptionē sine maleficio. Auicenna septem remedia ponit qñ vicz ꝑsonā egrotare facit ꝫ parū ista nostre speculationi nisi quantū mystice anime languenti deseruiūt. dicit enim li. iij. ꝙ ex variatiōe pulsus ⁊ ad nominatōnē amati cuz ibi radix egrotatiōis habet. tunc si lex sustinet fiat copula ꝑ matrimoniū qr sic sanātur cum obedit nature. Aut fiat applicatio medicinaliū de q̄bus ibidem tractat ⁊ docet. Aut vt egrot⁹ amorē suū de dilecto ꝑ licita remedia ad aliud diligendū cōuertat ꝙ priori p̄eligere debet. ⁊ ita fugere p̄sentiā amati. qr sic distrahit anim⁹ Aut etiā si corrigibilis est tribulet hortet. qd̄ opus amoris ē maxima miseria. vel dirigant ad ipsum q̄ q̄ntum cum veritate ⁊ deo possunt vituperent corpus ⁊ dispositionē dilecti ⁊ mores cum transfiguratione facierum turpi seu difformi. Uel saltim vltimo vt occupent in rebus arduis ⁊ distractiuis officijs. Reuera sicut animalis homo ꝑ hmōi remedia sanat: ita ad spiritualem singula capiendo interiorem hominē reformant obediatur legi mentis potius q̄ nature cōuertit amorem suum ad eternas delitias recordetur q̄ momentaneuz sit quod delectat ⁊ eternum quod cruciat querat delitias in illa vita vbi sic inchoantur ꝙ nunq̄ finiuntur cuius qui amator esse noluerit ⁊ istam perdet et illam non inueniet ⁊ eternis ignib⁹ deputabitur ecce tria damna irrecuperabilia ex amore hereos prouenientia. Super philocaptionem vero ex maleficio remedia in precedenti capitulo tacta nō inconuenienter ⁊ hic applicari possunt: precipue autem exorcizatio per sacra verba q̄ si bijpsi facere taliter maleficiat⁹ potest. Quotidie angelum sanctum sibi ad custodiam a deo deputatū inuocet. pura confessione sanctorum limina precipue autem beatissime virginis frequenter ⁊ sine dubio liberabitur. Sz q̄ vituperabile vt barbati homines donis naturalibus ⁊ virtutuz armis abiectis seipos tueri renuunt cum puellule sepissime inuicta ifirmitate huiusmodi maleficia his armis propulerunt in quarū cōmendationē vnum e multis in medium ꝓducamus. Fuit in rurali villa quadam prope Lindarve constañ. dyocesis virgo adulta facie pulcra ⁊ elegantior moribus in huius aspectu captus quidaz vir leuis moribus clericus ferre solo nomine vtinam non sacerdos. qui vulnus suementis vltra celare non valens venit ad laboratorium dicte virginis et honestis verbis se rhete demonis exhibens primum: tandem ad amorem sui virginis ausus est verbis dumtaxat ꝓuocare animum ꝙ illa diuino instinctu ꝑcipiens intacta mente ⁊ corpore respondit viriter. Dñe cum verbis talib⁹ domum

meaꝫ nolite frequentare. alioqn repulsam sustinebitis verecundia mediāte. Cui ille. Et si me diligere mō rennuis verbis dulcib⁹ monita nō post modicū coacta opib⁹ me amabis tibi ꝓmitto. Erat vir ille suspectus incantator ⁊ de maleficio. Sꝫ verba hec v̄go ꝓ vento habuit nec scintillam amoris carnalis ad virū in se sensit ꝓtunc: sed euoluto non multo tempore imaginatiōes amorosas de viro illo cepit habere. Qd̄ illa ꝑcipiens diuinit⁹ inspirata ad matrē misericordie cōfugit ⁊ ꝓ auxilio a filio impetrando deuotissime implorauit. Et statim honestaꝫ societatē requirens ꝑegrinari cepit ad locū heremitarū sic em̄ noiat̄ ecclesia in honore ipsi⁹ genitricis miraculose cōsecrata in p̄fata dyocesi In qua sacramētaliter confessa ne in ea aliquid inuenire posset malignus spiritus ⁊ ad ipsam matrē pietatis p̄cibus fusis: ꝓtinus omnis cessauit hostis machinatō ita vt eā postmodū nunq̄ tangeret. Super sunt tñ adhuc ⁊ barbati viri a maleficis mulierculis importune sup huiusmodi sollicitati quasi nequaq̄ a philocaptione eaꝝ se cōtineri possent. q̄ tñ viriliter resistentes quantū se vltro pulsare illecebris imaginationib⁹ sentirent. tm̄ etiā ꝑ presidia p̄missa cuncta machinamēta diaboli superant. Et vere speculū huius pugne q̄dem iuuenis prediues in oppido Isbruck. q̄ quantū a maleficis pulsatus fuit nec calamo exarari q̄s posset. semper virilem animū gerens per prefata remedia intactus euasit. quare ⁊ merito cōcludit̄ prefata remedia cōtra huiusmodi morbum esse certissima ita ꝙ certissime ita liberant̄ q̄cunq̄ his armis vtunt̄. ⁊ ꝙ de amore inordinato hoc ⁊ de odio cum oppositoruꝫ eadem sit disciplina intelligendum est. lꝫ aliqualis in modo maleficiandi cum sit differentia etiā aliud remediū illa ꝑsona que odio habetur requirere debet. ip̄e em̄ q̄ odio hꝫ ⁊ in corde defert: nō defacili si adult̄ est ad amorē vxoris etiā ꝑ quascunq̄ ꝑegrinationes flectit̄. Et qꝛ relatu maleficaꝝ cōpertū est ꝙ ꝑ serpētes hmōi maleficia ad odiū ꝓcuratur eo ꝙ dum primū instr̄m erat diaboli ⁊ in sui maledictionē recepit inimiciciā inter ipsum ⁊ mulierem ideo ⁊ tales inimicicias ex ipsis ꝓcurare satagunt ponendo pellē aut caput serpētis sub limine hostij camere aut dom⁹. vnde ⁊ om̄s anguli dom⁹ sunt ꝑquirendi ⁊ innouandi q̄ ad inhabitationes quantū possibile est. vel alienas inhabitare domos. Et q̄dem cū dictū sit ꝙ seipsos maleficiati exorcizare valeant ītelligit̄ ꝙ verba sacra benedictiōes ⁊ carmina secuꝫ deferre in collo poterunt. siquidem legere aut seipsos benedicere nescirent: q̄ tñ qualit̄ facienda sint in sequentibus patebit

Remedia sup eos q̄b⁹ virilia mēbra p̄stigiosa arte auferunt̄ ⁊ vbi interdum in bestiales formas hoies transmutant̄.

Capitulum quartum.

Vper eos qui stigiosa arte illudunt̄ vt se virili membro carere aut in bestiales formas transmutatos esse putant q̄bus remedijs subleuari valeant ex p̄missis satis euident̄ elicit̄. Nā cū tales oīno diuina gra

tia destituunt q̄ p̄ncipiū in maleficiatis existit fundamentū nō ē possibile vt ferro manente in vulnere emplastrū curatiuū apponat. expedit ergo vt p verā ꝯfessionē deo añ omnia reconcilietur. Demū qr vt supra in scda pte opis ca. vij. tactum est. talia membra nunq̄ in veritate euelli aut segregari a corpib⁹: ꝫ tantūmodo p̄stigiosa arte occultari ad sensum tact⁹ ⁊ visus. patuit etiā q̄ huiusmodi illusiones in gratia cōstitutis nō ita facilit nec actiue nec passiue cōtingunt vt vicz eis membra auferant aut q̄ in eoꝝ visiua potentia q̄si alijs sint ablata deludantur. iō ⁊ remediū in eodē capi. exp̄mit cū ipso morbo vt vicz quantuz possibile sit cū ipsa malefica amice se cōponant. Sup eos deniq̄ q̄ in bestiales formas se trāsmutatos eē putant. Sciendū q̄ hoc gen⁹ maleficij nō ita in occidētalib⁹ sicut orientalibus regnis practicat. intellige quo ad secundas p̄sonas lz q̄ ad ꝓprias maleficaꝝ p̄sonas. hoc sepi⁹ apud nos visuz fuerit ipsas vicz maleficas in effigijs animaliū oculis intuentiū se obiecisse: vt supra capitulo. viij. deductū quare ⁊ remedia que in tercia parte operis deducentur. sup exterminiū videlicz maleficarū p seculare brachium forent applicanda. Et quidem quō orientales hmōi illusiōes remediare solēt sic deducit. Nam ex militarib⁹ fratrib⁹ ordinis sancti iohannis hierosolimitani in rhodis veridica relatione plura de his p̄cepim⁹. Precipue aūt q̄ in ciuitate salamina regni cypri talis casus accidit. Nam cū ibi portus sit maris ⁊ nauis q̄dam onusta mercimonijs applicando pegrinis nauim exeuntib⁹ vt q̄sq̄ victualibus se muniret. iuuenis q̄dam ex eis robust⁹ domū cuiusdā mulieris extra ciuitatē supra littus maris situatā accessit ⁊ an oua haberet advēdendū a muliere sciscitatur. At mulier cernens iuuenē robustū forensez ⁊ alienū a patria: vnde minor de eo suspitio apud intraneos sup eius p̄ditionē oriri posset expecta inquit paululū ⁊ iuxta optata singula recipies ⁊ dū morā faceret clausa ⁊ interiori pte dom⁹ iuuenis ab extra vt eū q̄totius expediret ne nauē eū negligere cōtingeret clamare cepit. tūc mulier aliqua oua attulit iuueni tradidit ⁊ in casu quo nauē neglexisset ⁊ ad eā rediret sibi iniunxit. Ueloci igit cursu ad nauemq̄ in litore maris erat ꝓperauit. ⁊ añ ingressum eo q̄ nec dū alij socij om̄s cōuenerant oua comedere ⁊ seip̄m reficere studuit. Et ecce post horā mut⁹ effectus ⁊ quasi mēte destitut⁹ vt post ipse referre solitus erat de seipso ammirans q̄d nā sibi accidisset cōijcere nō poterat. volens ergo nauim intrare ab immorantib⁹ baculis verberat⁹ repellit cunctis acclamantib⁹ ecce ecce: q̄d nam in asino maledicar⁹ bestianum ⁊ tu nauim ītrabis. Repulsus sic iuuenis ⁊ verba illoꝝ q̄ ipsuz asinum affirmabant intelligens apud se ruminabat ⁊ q̄ maleficio mulier⁹ infectus essz cogitare cepit p̄cipue in eo q̄ nullū v̄bū formare poterat cū tñ ipse om̄s intelligebat. ⁊ dum rursum nauim ascendere tentaret grauiorib⁹ cesus verberib⁹: ipsum amaro corde remanere ⁊ recessū nauis cōspicere opus erat. Huc illucq̄ discurrēs cū om̄s ip̄m asinū esti-

mabant necesse erat vt tanq̃ bestia ab oibus tractaret. ꝯpulsus igit̃ ad domũ mulieris redijt cui ad placitũ ꝑ ꝯseruatione vite sue vltra trienniũ seruiuit. nil opis faciens manib⁹ nisi necessaria dom⁹ in lignis ⁊ bladis apportans. etiã q̃ exportãda erãt tanq̃ iumentũ deportabat. hoc ꝯsolatiõis relicto vt lz ab oib⁹ alijs iumentũ reputaret ab ipsis tamen maleficis ꝯiunctim vl̃ diuisim morãtibus vt verus hõ humanit⁹ cõuersando in incessu statu ⁊ habitu agnoscebat. Q̃ si queritur quõ onera sibi tanq̃ iumẽto imponebãtur. Dicendũ ꝙ sicut Aug⁹. narrat de mulierib⁹ stabularijs q̃ hospites cõuertebant in iumenta onera portantia. libro. xviij. ca. xvij. de ciuit. dei. ⁊ de patre p̃stantij q̃ se caballuz seu equũ fuisse ⁊ annonã cum alijs animalib⁹ baiulasse narrauit. vtiq̃ ex illis actis de p̃senti iudicam⁹ ita ꝙ triplex deceptio p̃stigiosa arte fiebat. Prima quo ad homies iuuenem nõ vt hoiem sed vt asinũ intuentes ꝙ qualiter demones faciliter ꝓcurare possunt: supra. viij. cap. patuit. Secunda ꝙ illa onera nõ fuerũt illusoria: sed vbi vires iuuenis excedebãt demon inuisibiliter deferebat. Tercio ꝙ sibipsi dũ int̃ alios cõuersabat iuuenis etiã iumentũ videbat in imaginatione dũtaxat et estimatiua potentia q̃ sunt affixe organis corpalib⁹. non autẽ in rõne. q̃ nõ a d̃o erat ligata q̃n se hominẽ sciebat. sed arte magica delusum vt tanq̃ bestia estimaret. sicut ⁊ de nabuchodonosor ibidem exeplificat. Triennio igit̃ sic elapso in quarto duz quodã die ante meridiẽ ciuitatẽ p̃fatam intrasset ⁊ mulier a longe sequeret. contigit quandam ecclesiã in qua diuina celebrabant̃ iuuenẽ sic maleficiatũ p̃terire: audiens nolã campane cũ more latinoꝝ ⁊ nõ grecoꝝ ĩ illo regno diuina peragunt̃. ꝑ eleuatione corpis xp̃i ad eccl̃iam se cõuertit ⁊ intrare dũ ꝓpter verbera ⁊ expulsionẽ nõ auderet: a foris genua ⁊ crura posteriora in terrã fixit ⁊ anteriores pedes id ẽ man⁹ simul iunctas eleuans. ex capite asinino vt putabat̃ sacr̃m in eleuatione intuet̃. Qd̃ ꝑdigiũ duz certi ianuenses mercatores cõspexissent mirantes: asinũ sequunt̃ et inter se de miro ope cõferentes. ecce malefica cũ baculo asinũ insequitur. ⁊ q̃ vt p̃missum est hmõi maleficia illis in partib⁹ plurimũ practicant̃. ad instantiã mercatoꝝ ꝑ iudicem asin⁹ cũ malefica capit̃: interrogata ⁊ questionib⁹ exposita crimen fatet̃ ⁊ vt ad domũ redire valeat iuuenẽ restituere sue forme ꝓmisit. dimissa igit̃ ad domũ regressa: iuuenis ad pristinã formã reducit̃: ⁊ ip̃a denuo capta debitã vltionẽ ꝑ commissis suscepit et iuuenis ad ꝓpria cũ gaudio remeauit.

Remedia ꝫ obsessos ex maleficio Capitulum quintum.

Vod interdũ ex maleficio demones q̃sdam homines substãtialiter inhabitãt supra ea. ix. ⁊. x. satis patuit. q̃bus etiã de causis q̃ non solũ ꝑ grauibus criminibus ꝓprijs immo interdũ ꝑ ꝓprio suo maiori merito aliquando ꝑ alieno leui delicto. aliq̃n ꝑ suo veniali petõ. aliq̃n pro graui alieno peccato. et aliquãdo ꝑ alieno facinore ꝓprio. pro

quib⁹ etiā diuersi diuersimode pos sident. quidā plus alij minus. vt eti am nider in suo fornicario recitat. nō miruz si maleficio seu ad instātiā malefice demon deo ꝑmittente hominem substātialiter modo quo ibi declarat quid vicz per substātiaz sit intelligēdū inhabitet Quib⁹ aūt remedijs liberari possint ꝙ vicz ꝑ exorcismos ecclesie ⁊ cū hoc vera cōtritiōe vel etiā cōfessiōe. vbi ꝓ mortali quis eēt obsessus. patuit ex ibidē deductis ⁊ ex illi⁹ sacerdotis bohemi liberatōe. sed ꝙ vltra hec duo remedia etiā tria alia valeāt suffragari videlicet eucharistie sacra cōmunio. sanctorū locorū applicatio vel bonoꝝ oratio. ⁊ excōmunicatōnis absolutio ꝑfati doctoris discursu quē etiā deducere expedit cū omnes necessariorū tractatuū copiam habēt Nam de ipsa sacra cōmunione Cassianus colla. abba. prima loquit in hec verba. cōionez sacrosanctā nequicie spiritibus traditā a senioribus nostris nunq̄ meminim⁹ interdictā. quinimo etiā si possibile esset eis quottidie impartiri eā etiā debere censebāt que ad purgationē ac tutelā corporis animeq̄ ꝑuenire credenda est. ⁊ que ab homie percepta eū qui in mēbris ei⁹ insidet spiritū seu in ipis latitare conat. quodā exurens fugat incēdio. Hoc nāq̄ modo curatū abbatē andronicuz nuꝑ aspeximus insultabit offenso. cū eū a celesti medicina viderit segregatū. tanto em̄ durius ⁊ frequētius attentabit affligere quāto eū a spūali remedio senserit longius abdicatū. hec cassianus. Et iteꝝ de eisdem ibidē dicit. Duo hec credē immobiliter oportet primo ꝙ sine dei ꝑmissu nullus ab eis spiritib⁹ oīno tentat. Secūdo ꝙ oīa que nobis a deo inferunt siue tristia ad presens siue leta videantur velut a pijssimo patre. clemētissimoq̄ medico ꝓ nostris vtilitatibus irrogātur. Et idcirco eos velut pedagogos traditos humiliari vt descēdētes ab hoc mūdo vl' purgatōes ad vitā aliā trāsferāt. vel penali vigore plectātur qui sm apostoluz traditi sunt in ꝑsenti sathane in interituz carnis vt spūs salui fiant in die dñi nostri iesu xp̄i Sed hic orit dubitatio. cū apostol⁹ dicat. probet seipsuz homo. ⁊ sic de pane illo edat. quomō possunt obsessi nō habētes vsum rōnis cōmunicare. Respōdit sanctus Tho. de hoc in. iij. parte. q. lxxx. sic distiguēdum de omibus amētibus. Aliq̄ inquit dicūtur nō habere vsum rōnis dupliciter. Vno modo qꝛ habēt debilē vsum rationis. sicut dicit nō videns qui male videt. Et qꝛ tales possunt aliquā deuotionē cōcipere huius sacramenti nō est eis hoc sacr̄m denegādū. Alio mō dicunt aliq̄ nō habere vsum rōnis. qꝛ sic a natiuitate ꝑmanserūt ⁊ sic talibus nō ē hoc sacr̄m adhibēdū. qꝛ in eis nullo mō ꝑcessit hui⁹ sacramēti deuotio. aut nō semp caruerūt vsu rōnis. ⁊ tunc si prius q̄ erāt sue mētis cōpotes apparuit in eis hui⁹ sacramenti deuotio dz eis in articulo mortis hoc sacr̄m exhiberi nisi forte timeat peticulū vomitus vel expuitiōis. Vñ legit in cōcilio carthaginensi. ⁊ habet. xxvj. q. vj. Is qui in infirmitate pniam petit. si casu dū ad eum inuitatus sacerdos venit oppressus ifirmitate innotuit vel in frenesim ncouersus fuerit dent testimoniū q̄ euz

audierūt. Et si cōtinuo credit moriturus recōciliet per manus impositionem z infundant oleū eius eccl'a ristia. De baptizatis qui corporaliter ab immūdis spiritibus vexātur est eadē ratio z de alijs amentibus hec Tho. Addit tamē in.iiij. di.ix. q demoniacis nō est denegāda cōmunio. nisi forte certū sit p aliquo crimine a dyabolo torqueri. Cui sic Petr⁹ de palude addit. In hoc casu pro excōicandis sunt habendi q traditi sunt sathane. Ex quibus liquet q si aliqui sūt possessi a demone etiā ꝓpter sua crimina habentes tamē lucida interualla z rōnis vsuz postea conterunt de peccatis suis. vel debite cōfitētur tales cū sint absoluti coz̄a deo nullaten⁹ sunt a cōmunione diuinissimi sacramenti eucharistie sequestrādi. De sanctorum applicatiōe vel deuota oratiōe quo modo per hec obsessi etiā potenter liberātur legēde sanctorum referte sunt. Merita em̄ sanctorū martyrū cōfessorū virginū exigūt vt hi spiritus nequā sanctorū in patria existētium oratiōe z intercessiōe vincant quos sancti in via vicerūt. Similit viatorū deuote orationes. liberationum obsessorū obtinuisse sepe legūtur. Unde ad hoc hortat cassianus vbi supra. Si inquit haberem⁹ hāc sententiā immo fidē quā superi⁹ cōprebendi vt z omia per dominū fieri pro vtilitate aniarum z dispēsari vniuersa. nō solum nequaq̄ despicemus eos. sed etiaz pro eis tanq̄ p membris nostris inceſſanter orabim⁹ eisq̄ totis viscerib⁹ ac pleno cōpatiemur affectu. Deultimo mō absolutendi aliquez ab excōmunicatione. Sciendū q nec iste cōmunis ē nec forte licitus nisi habēti auctoritatē z specialē reuelationē vel probabilitatē q possessus quis sit ꝓpter excōmunicationē ecclesie. sicut apl's. j. ad Corinth̄. v. excōmunicatū a se z ad plebem corinthū fornicariuz tradidit sathane in interitū carnis vt spiritus salu⁹ fieret in die dñi nostri ihesu christi. i. vt glo. dicit vsq̄ ad illuminationē gratie cōtritionis vel ad iudiciū. Et pseudo doctores qui fidem pdiderāt videlicz imeneū z alexandrū tradidit sathane vt discerēt nō blasphemare. s. ad thimo. j. Tāte em̄ potestatis erat apl's dicit glosa. tantāq̄ gratiā habebat vt recedētes a fide solo verbo traderet dyabolo. Unde sanctus Tho. in. iiij. dist. xviij. vbi magister tres effectus excōmunicationis tradit eosdē sic declarat idem doctor. Ex hoc ꝑo inqt q aliquis suffragijs ecclesie priuat triplex incōmodū incurrit per tria que quis ex suffragijs ecclesie cōsequit. Valēt em̄ ad augmētuz gratie eis qui habent vel ad merendum et quinō habet. Et quātuz ad hoc magister dicit q gratia subtrahit p excōmunicationē. valet etiā ad custodiā virtutis. z q̄tum ad hoc dicit q ꝓtectio subtrahit ñ q oino a dei ꝓuidentia excludant. sed ab illa qua filios ecclesie specialiori mō custodit. valēt etiā ad defendēduz ab hoste. z q̄tum ad hoc dicit q dyabolo maior ptās seuiēdi in ipm datur et corpaliter z spūaliter. Uñ in primitiua ecclesia qñ oportebat per signa boies ad fidē iuitare. sicut spūssanctus visibili signo manifestabat ita excōicatus corporali vexatiōe a dyabolo innotescebat. Nec est incōueniēs si ille qui nō est desperat⁹ bo-

sti dat. qꝛ non dat ei quasi damnandus ꝫ quasi corrigendus cū in potestate eccl'ie sit ex ei⁹ manu ipm̄ eripere cū voluerit. Hec Tho. Ubi tñ exorcista ad cautelam obsessum absoluat nō videt incōueniens. Sed subdit nider ꝙ cauēdū est valde exorciste ne de suis virib⁹ facilit̄ p̄sumat. Aut iocum ⁊ luduꝫ serioso dei operi intermisceat. Aut supstitiosū vel suspectū aliq̄d de maleficio adijciat. Alioquin penam vix euadet vt declarat per exempla. Nam de p̄mo refert beatus Gregori⁹ in dyalo. de quadā que contra cōscientiaꝫ suam a marito petente ⁊ obtinenti debiti redditionem in vigilia dedicationis ecclesie sancti Sebastiani ⁊ qꝛ cōtra cōscientiā ecclesie ꝓcessioni se immiscuit. possessa est ⁊ publice furiebat. Quo viso sacerdos eiusdem eccl'ie de altari sindonem tulit eamq̄ cooperuit. sed ⁊ hunc sacerdotē repente dyabol⁹ simul inuasit Et qꝛ vltra vires voluit quicq̄ p̄sumere. cōpulsus est in sua vexatione cognoscere q̄s esset. Hec greg. De secundo vt nullus de officio exorci status sanctū ordinē cōcernens iocum faciat. Refert nider se vidisse ī conuentu coloniensi fratrē verbis satis iocosum: sed in gr̄a expellendi demones famosuꝫ. Hic cū in terminis cōuentus coloniensis demonē in obsesso corpore artaret. Jam demon petiuit a fratre locum recedendi. quo gauisus frater ait in ioco. In cloacā meā vadas. Exijt igit̄ demon nocte cū frater ventrē purgare velit. demon eū tam dure torsit ꝓpe cloacā vt vitā cū difficultate saluaret. Sꝫ ⁊ hoc p̄cipue cauendum vt obsessi etiā ꝑ maleficas ad p̄sidia maleficarū nō ducant. vnde ⁊ de p̄fata femina Greg. infert. Cū inquit ꝓpinqui eam carnaliter amātes. atq̄ amando ꝑsequentes ad obtinendū salutis remediū maleficis tradidisset ⁊ ꝑ eas ad fluuium ducta ⁊ in aquam mersa multis incantationibus agitata fuisset dum vn⁹ demon expelli debuit legio subintrauit. ⁊ eoꝝ distinctis vocibus iaꝫ clamare cepit. vnde cōsanguinei rādem confitentes ⁊ de hoc dolentes eam p̄sentarūt sancto episcopo fortunato. q̄ diuturnis orationibus et ieiunijs euꝫ ex integro sanauit. Sꝫ quia dictum est debere exorcistas cauere ne supstitiosum vl' suspectū aliquid de maleficio adijciant. Dubitare exorcista possꝫ an certas herbas ⁊ petras etiam nō benedictas adhiberere posset. Responsio. Si bñdicte sunt herbe tanto melius si v̄o non vt herba quedā que al's nominat̄ fuga demonis vel etiā naturas lapidū si quis adhibeat nō erit̄ supstitiosum dummō credat ꝙ nō directe de sui natura demones cōpellant. qꝛ tunc incideret in errorez ꝙ simili modo alijs herbis aut verbis possent cogi vt error nigromāticoꝝ fatet̄. putantes se efficere per naturales ⁊ inditas talium v̄tutes Unde sanct⁹ Tho. in. iiij. di. vij. arti. vlti. Nō est inquit credendū aliq̄bus virtutibus corporalib⁹ demones subiacere. ⁊ ideo nō cogunt̄ inuocationib⁹ ⁊ factis q̄busdam maleficis nisi inq̄ntum ꝑ hoc fedus cū eis initur. Fꝫ qd̄ d̄r Esaie. xviij. Percussim⁹ fedus cū morte ⁊ cū inferno fecimus pactū. Et illud Job. xl. An extrahere poterꝫ leuiathan hamo: ⁊ sequentia verba sic finaliter

exponit sup Job dicens. Si qs recte cōsiderat omnia premissa videt̄ ꝑtinere ad p̄sumptionē nigromanticoꝝ cōfutandis qui nitunt̄ cū demonibus pactū inire ac eos sibi inijcere vel qualitercūq; cōstringere. Ostenso ḡ ꝙ hō nō potest sua virtute dyabolū supare: cōcludit dicens Pone sup eū manū tuam subaudi si potes. q. d. nullo modo tua virtute potes. superat̄ tñ virtute diuina vñ subdit. memēto belli quo. s. ego pugno ꝯtra eū. ⁊ pōt dici ꝙ ponit̄ pñs ꝓ futuro. s. pugnabo in cruce vbi capiet̄ leuiathan ꝑ hamū. s. per diuinitatem occultatā sub esca humanitatis estimans saluatorē purū hoiem. Vñ etiā postea. xlj. dr̄. Non est ptās sup terrā que ei potest comparari. ꝑ hoc inq̄t signat̄ ꝙ nll'a virtus corporalis pōt adequari potestati demonis q̄ ē potestas pure spiritualis. Hec de tho. Sed qꝛ indirecte a demone obsessus potest virtute melodie vt saul ꝑ cytharā dauid. vel herbe vel corporalis rei alteri⁹ sibi a naturali ꝓprietate in exñte releuari. Ideo applicari pñt ꝙ q̄dem posse fieri auctoritatib⁹ ⁊ rōnibus deducit̄ Maz. xxvj. q. vij. demoniū sustinenti dicit̄. lz petras vl' herbas habere sine incantatiōe. ⁊ sūt Hieronymi verba. Itē mgr̄ in histo. tractans illud Thobie. vj. vbi Raphael ait Thobie. Cordis particulaz. s. de pisce quā cepisti si sup carbones ponas fum⁹ eius exterret om̄e genus demoniorum siue a viro siue a muliere: ita vt vltra non accedat ad eos dicit. Nec super hoc mirari debemus cum fumus cuiusdam arboris aduste eandem vim habere videatur q̄uis etiam spūalem in se contineat sensum. scilicet de fumo spiritualis orationis. Ad idem Albertus super Luc. ix. et Nicola⁹ de lira. j. Reg. xvj. immo ⁊ Paulus burdegaleñ. super. j. Reg. xvj. hanc cōclusionem tenet ꝙ non solum concedendum videtur ꝙ per aliqua sensibilia possunt afflicti a demonib⁹ releuari. sed etiam per sensibilia aliqua possint totaliter liberari. ꝫ hoc intellige quando non attrociter affliguntur. ⁊ probat per rationem. Nam cum demones nō possint materiam corporalem s̄m suam voluntatem transmutare: sed debita actiua debitis passiuis coniungendo: vt Nicolaus dicit. Eadem ratione per aliquam rem sensibilem potest dispositio causari in corpore humano: per quam fiat aptum ad suscipiendū actionem demonis. verbi gratia. Nam mania est maxime dispositiua ad alienationem mentis s̄m medicos. ⁊ per consequens ad suscipiendū afflictōnem demoniacā que quidem demoniaca passio vbi penitus curatur penit⁹ afflictio demonis actiua recedente passiua in possesso recederet. Idem posset dici de ieeore piscis. Idem de melodia dauid ratione cui⁹ lz primo refocillaret̄ saul ⁊ leuius haberet. tñ totaliter expulsus fuit ꝑ ipsam. vt dicit littera. Recedebat ab eo spiritus malignus. Nec cōsonū est littere dicere ꝙ hoc fiebat ex merito dauid seu ꝑ orationes eius: qꝛ non est verisimile ꝙ hoc scriptura taceret: cum esset in laude ei⁹ notabilit̄ dictū. hec de paulo p̄fato. Licet nos posuerim⁹ supra in. q. v. prime partis. ꝙ qꝛ p̄figurabat̄ virtus crucis ꝑ expansionem venaꝝ corpis. christi

ideo liberabat saul. ⁊ plura ibi etiaꝫ cōtinent que p̄senti speculatiōi seruire possunt. tm̄ cōclubamus ꝙ rerū sensibiliū applicatio in exorcismis licitis nō est supstitiosum. iam autem expedit de ipsis exorcismis aliqua disserere.

Remedia per licitos exorcismos ecclesie cōtra quascūq; infirmitates a maleficis illatas ⁊ de modo exorcisandi maleficiatos.

Capitulum sextum.

Quia vt ī superioribus tactū est malefice omne genus infirmitatis corpalis inferre pn̄t quare ⁊ sub generali regula cōcludere oportꝫ ꝙ quicq̄d remedij in verbis vel operibus. alijs infirmitatibus supra notatis applicari potest. hoc etiā quibuscunq; alijs infirmitatib⁹ in p̄cedētibus nō expressis vt vbi epilentia aut lepra esset inflicta cōuenire potest. Et qꝛ inter remedia verboꝝ exorcismi liciti cōputantur. de ipso etiā sepe mentio tanq̄ de quodā generali remedio habita est tria principaliter de ipso sunt practicanda. Primo an nō habēs exorcistat⁹ ordinem vt laicus vel secularis p̄sona valeat licite demones aut eius maleficia exorcizare vbi tres alie annectūtur qualiter vicꝫ sunt liciti. et de septē cōditionibus que requirūtur ad carmina ⁊ ad bn̄dictiones vt q̄s valeat secū talia deferre. ⁊ tercio q̄liter morbus sit exorcizandus ⁊ demon cōiurandus. Secundū principale q̄d agendū vbi gratia sanitatis p̄ exorcismos nō obtinet. ⁊ tercio q̄ ad remedia nō iam verborū sed operū cū solutiōibus certorū argumentorū. Ad primū est doctoris Tho. in. iiij. di. xxiij. sentētia. In ordie inquit exorcistatus. ⁊ in alijs minoribus ordinib⁹ oibus cōferūtur recipit̄ potestas. vt q̄s hoc vel illud ex officio facere possit puta exorcizare ⁊ idē a nō habentibus ordinē licite fieri pōt q̄uis illi hoc nō habeāt ex officio. sicut in domo nō cōsecrata pōt dici missa q̄uis ꝯsecratio eccl̄ie ad hoc ordinet̄ vt in ea missa dicat̄. sed hoc tūc magis ꝑtinet ad gratiā gratis datā q̄ ad gr̄am sacramenti. Ex q̄bus verbis dici pōt. ꝙ licet ad liberationē maleficiati bonū est cōcurrere exorcistā habēs ptātez exorcizandi morbos maleficiales tn̄ etiem interdū deuote p̄sone absq; exorcismis vel cū ipsis fugare possūt hmōi morbos. Nam fert̄ de quadā virgine paupcula ⁊ iō plurimū deuota cui⁹dū amic⁹ in pede maxime p̄ maleficium lesus fuerat ꝙ iudicio medicoꝝ paruit eo etiā qꝛ nullis medicamibus sanari poterat. ꝯtigit vt v̄go infirmū visitaret q̄ ⁊ statim ab ea petiuit vt pedi bn̄dictiōz aliquā applicaret. Annuit illa ⁊ silēter tm̄ modo oīonem dn̄icam ⁊ apl̄oꝝ simbolū cū geminatis viuifice crucis signis applicuit. Tūc statim infirm⁹ curatū se sentiens. scire voluit in remediū futurorū q̄d carminatiōis v̄go applicasset. Que rn̄dit. vos debili fide diuinis ⁊ approbatis exercicijs eccl̄ie nō inheretis ⁊ carmia ac remedia ꝓhibita. crebro vr̄is infirmitatibus applicatis. idcirco raro ī corpe curamini qꝛ sp̄ in aīa ledimini Sꝫ si in oīonū ⁊ signoꝝ licitoꝝ efficatiā sparetis. facillime sepe curaremi. nihil em̄ vob̄ applicui nisi dn̄icā oīonem ⁊ apl̄oꝝ simbolū ⁊ iā sana-

tus estis. gratia huius exēpli queri tur an nō alie benedictiōes ⁊ carmi nationes seu etiā cōiuratiōes p ex orcismos habeāt efficaciā cū hic vi deātur reprobari ¶Respondeō q hec virgo nō reprobauit nisi illicita car mina cū illicitis cōiuratiōibus ⁊ ex orcismis. Pro cuius intellectu cōsi derare oportet vnde hmōi habuerī originē ⁊ quomō ad abusum deue nerūt. Nam principiū horū fuit sa ctissimū. sed sicut omia demonis in stinctu deprauanē mediātib⁹ demo nibus ⁊ malis homibus. ita ⁊ diui na nomia. Apostoli em ⁊ sancti viri fm illud Marci vltimo. In no mine meo demonia eiicēt infirmos visitarūt. ⁊ oratiōes sup eos per sa cra verba fuderunt. deinde successu tēporis sacerdotes deuoti similia ri te pegerunt. ꝓpter qō deuotissime oratiōes ⁊ sancti exorcismi reperiū tur i antiquis hodie ecclesijs ad oia que homies facere vel pati poterāt p deuotos viros applicati olim sine oīi superstitione. sicut etiā hodie li terati ⁊ sacre theologie doctores re periūtur qui infirmos visitātes simi lia verba egrotis applicāt ⁊ nō solū demoniacis. Sed heu superstitiosi homes a se multa vana ⁊ illicita adin star horū inuenerūt quibus hodie vtūtur circa infirmos ⁊ iumēta. nec clerus ampli⁹ ex sua desidia licitis vtit verbis visitādo infirmos. pro pter qō Guil. dictus durandi glosa tor Raymūdi dicit q talia pfata sa cerdos religiosus aut discret⁹. aut etiā laycus vir siue mulier excellen tis vite probate discretionis facere potest. fusa oratiōe licita super infir mū non sup pomū aut sup cingulū ⁊ similia. sed sup infirmantes. iuxta illud euāgeliste. sup egros man⁹ im ponēt ꝛc nec sunt hmōi pone ꝑbi bende a talibus nisi forte timeat q ad exemplū illorū indiscreti ⁊ sup stitiosi alij carminationis sibi vsur pent abusum tuētes se exēplo illoꝝ hi ergo superstitiosi carminatores re ꝓhendūtur a ꝑdicta virgine ⁊ dixit illos habere debilē fidē. imo malā qui tales cōsulerunt. Iterū aūt gra tia huius declaratiōis queritꝝ q̄bus verbis carmina ⁊ bñdictiones cen senē licite vel superstitiose. ⁊ de modo quo debēt applicari ⁊ an demon sit cōiurādus ⁊ morbus exorcisandus Ad primū q q; hoc dicit licitus in cultu xp̄iane religiōis qō nō est su perstitiosum. et superstitiosum dicit vt notat in glosa sup illo ad Coll. ij. q̄ sunt ratione habentia in superstitiōe qō supra modū religiōis seruat vñ ibi dī superstitiō ē religio supra modū seruata. i. religio modis vel circum stātijs mal' ⁊ defectuosis practicata etiā superstitiosum ē quicq̄d traditō ne humana nomen religionis vsur pat absq; superioris auctoritate vt hymnos iungere ad missas defunc toꝝ ꝓfationē interrūpere simbolū in missa cantandū abbreuiare. aut i organis ⁊ nō in choro decantare in missa respondentē nō habere. ⁊ his similia. Sed ad ꝓpositū nostrū mō quādo fit aliqō opus ex virtute reli gionis xp̄iane vt vbi quis vellet in firmo subuenire p aliquā oratione; vel benedictionē p verba sacra de q̄ materia nūc intendimus talis hab; cōsiderare septem cōditiones. que si reperiūtur talis benedictio cense tur licita. ⁊ si fiat per modū adiura tionis p virtutē diuini nois ⁊ p vir tutem operū xp̄i. que ex sua natiui-

tate passione p̄ciosa morte ꝛc̄. innotuerūt ꝑ q̄ etiam dyabolus victus ꝛ eiectus fuit dicenꝫ ille bn̄dictiones carmina ꝛ exorcismi liciti. ꝛ hi qui practicāt pn̄t dici exorciste aut incātatores liciti. Juxta illud Isid̄. viij ethymol'. Incātatores dicunꝫ q̄ artem aliquā verbis ꝑagunt. Est p̄ma ꝯditio ꝯsiderāda vt ex doctrina sancti Tho. ij. ij. q. xciij. elicit̄ vt verba nō ꝯtineāt aliquid qd̄ ꝑtineat ad inuocationē demonū exp̄ssam vel tacitā. quid sit exp̄ssa ptz. quid tacita hoc ꝯsiderat̄ ex intentōe ꝛ ex opere Intentōe vt vbi opans nō curat siue a deo siue a dyabolo hēat in suo ope intentū. dummodo finē optatū ꝯsequat̄ opere. vt vbi opus qd̄ facit nō hz aliquā ꝓprietatem ex natura ad ꝓducendū talē effectū de q̄ non solū medici ꝛ astrologi. īmo ꝛ theologi habent iudicare ꝑ quem modum nigromantici faciunt imagines. anulos. ꝛ lapides artificiales qui vtiq̄ nullam habent naturalem inclinationem ad effectus quos ipsi expectant sepissime. vnde ꝛ in corum opibus dyabolus se habet immiscere. Secundo ꝯsiderandum est ne bn̄dictiones seu carmina ꝯtineāt aliq̄ nomina ignota. quia ſm Chrisostomuz talia metuenda sunt ne in eis aliquid supstitionis lateat. Tercio ne materia verboꝝ aliquid falsitatis ꝯtineat. quia sic eius effectus non posset expectari a deo cum ipe non sit testis falsitatis. sic em̄ quedam vetule in suis carminibus vtūtur rigmatizando. beata virgo iordanem transiuit. ꝛ tunc sanctus stephanus ei obuiauit. eam interrogauit. ꝛ mltas alias fatuitates. Quarto ne ibi continuant̄ vana ꝛ caracteres inscripti p̄ter signum crucis. vnde breuia que portant̄ a soldatis rep̄hendunt̄. Quinto ne spes habeat̄ in modo scribendi aut ligandi. aut in quacūq̄ huiusmodi vanitate que ad diuinā reuerentiā nō ꝑtineāt. qꝛ alias omnino iudicabit̄ supsticiosuz Sexto vt in allegatione ꝓlatōe diuinoꝝ verboꝝ vel scripture sacre respectus solum habeat̄ ad ip̄a sacra verba ꝛ ad intellectum eoꝝ ꝛ ad dei reuerentiā seu ad virtutem diuinaz aqua expectat̄ effectus. vel ad sanctoꝝ reliquias a quibus etiam p̄fata expectant̄ secundario licet a deo p̄ncipaliter. Septimo vt cōmittat̄ effectus qui expectat̄ diuini voluntati qui scit vtꝝ sanitas vel tribulatio plus ꝓsit inuocanti vel minus vel an obsit. Et hanc ꝯditionem ponit Tho. in p̄ma scd̄e. in materia d̄ gratia. ꝛ disti. xv. in. iiij. Vn̄ ꝯcludamus ꝙ si nulla dictaruz ꝯditionum opus infecerit illud erit licitū. Probat Tho. sup illud Marc̄. vlt̄. Signa eos qui crediderit. Et post. In nomie meo demonia eijciēt ꝛc̄. serpentes tollent. Ex quo elicit ꝙ predictis seruatis ꝯditionibus ꝑ diuina verba licitum est arcere serpentes. Item probat premissa vlterius Non minoris sanctitatis sunt verba dei q̄ꝫ sanctoꝝ reliquie. dicente Augustino. Nō est minus verbum dei q̄ꝫ corpus xp̄i. sed ſm omnes licet reliquias sanctoꝝ secum reuerēter portare. Ergo qualitercūq̄ nomen dei inuocet̄ rite ꝑ orationē dominicam. ꝑ salutationem angelicaz. ꝑ eius natiuitatem. passionem. per quinq̄ vulnera. ꝑ septem verba que protulit in cruce. ꝑ titulum triumphalē. ꝑ tres clauos ꝛ alioꝝ armoꝝ

militie xpi ꝯ dyabolum ⁊ eius opera omnino erūt licita ⁊ spes potest haberi in eis committēdo effectum diuine voluntati. Et hoc quod dictum est de coartatione serpentum idem intellige de alijs animalibus quādo solus respectus habet ad sacra verba ⁊ ad diuinam virtutem de ipsis tñ caute est agēdum in incantatiōibus. quia vt dicit doctor. Tales incātatores sepe hñt illicitas obseruantias ⁊ ꝑ demones sortiunt effectum p̄cipue in serpentibus. quia serpens fuit p̄mum demonis instrumentum ad hominem decipiendum. Nam in ciuitate Salczburgensi q̄dam incantator erat. hic quadā die ad spectaculum alioꝝ cunctos serpentes ad q̄dam foueam incantare voluit ⁊ interimere ex spacio vt fert vnius miliaris. ꝯgregatis ergo vndiq; serpentibus dum ip̄e supra foueam staret. nouissime quidam ingens ⁊ horribilis serpens foueam intrare difficultabat. ⁊ sepe quasi ipsum abscedere ꝑmitteret ⁊ libere serpere quo vellet moribus innuebat. Sed cum ille ab incantatione eius desistere nolebat alijs omnibus in fouea interemptis. quia statim ibi moriebāt. ⁊ necesse erat vt ⁊ ille horribilis intraret. stans serpens ex opposito incantatoris supra foueam saltum fecit ⁊ in ip̄m incantatorem irruit. ⁊ ventrem eius vt cingulum stringens ip̄m incantatorem secum in foueam traxit ⁊ interemit. Qua ex re ꝑpendit nō nisi ꝑ vtilitate ad fugādum videlz ab hominum inhabitationibus talia sunt virtute diuina practicāda. ⁊ cum dei timore ⁊ reuerētia. Quo ad secūdum videlicet quomodo sunt huiusmodi exorcismi vel carmina deferēda ⁊ ad colla suspēdēda. vel in vestimētis insuēda. Videt autem ꝙ talia sint illicita Nā Augustinus. ij. de doct. xp̄iana Ad supstitionem ꝑtinēt mille magicaꝝ artium ⁊ ligature ⁊ remedia que medicoꝝ quoq; disciplina ꝯdēnat siue in p̄cātationibus siue in q̄busdam notis quas caracteres vocant. siue in quibusdā rebus suspēdendis siue insignādis. Itē Chrisostomus sup Mattheum. Quidaz aliquā ꝑtem euāgelij scriptam circa collū portāt. sed nō ne quotidie euāgelium in ecclesia legit ⁊ audit ab omnibus. cui ergo in auribus euāgelia posita nihil ꝓsunt. quomodo eum pñt circa collum suspēsa saluare. Deinde vbi est virtus euangelij in figuris lr̄aꝝ an in intellectu sensuum. si in figuris bñ circa collum suspēdis si in itellectu. ergo melius in corda posita ꝓsunt q̄ circa colla suspēsa. Sed hic est respōsio doctorum p̄cipue sancti Tho. vbi supra. ar. iiij. vbi querit an suspēdere diuina verba ad collum sit illicitum. ꝙ in omnibus incātationibus vel scripturis suspēsis duo cauēda vident. Primo q̄dem q̄d sit q̄ scribit. vtꝝ sit ad inuocatōes demonū ꝑtinens manifeste. tūc nō soluz supsticiosuz imo illicitum ⁊ apostasia a fide iudicat. vt supra tactū fuit sepe. Similiter etiam cauēdum ne ꝯtineat ignota nomia ⁊c. Accipe ꝯditiōes supra positas. ⁊ tūc sicut licituz est hmōi sup infirmos ore ꝓferre. ita licitum est illa secū deferre. Prefati autem doctores respectū hñt ⁊ damnāt cū q̄s ad figuras ⁊ lr̄as scp̄tas maiorē hr̄et aduertētiā ⁊ respectū q̄ ad intellectū v̄boꝝ. Et si dicat ꝙ laicus

nō intelligēs verba non pōt hīc respectū ad intellectū eoꝝ rñdet. habeat respectū ad v̄tutē diuinā. ⁊ illā cōmittat diuie volūtati vt faciet q̄cq̄d placitū fuerit sue pietati Quo ad terciū an simul demō sit ꝯiurādus ⁊ morbus exorcizādus. vel ecōuerso. aut vnuꝫ sine altero. Rñsio. Hic plura sunt aduertēda. Primo an demō sp sit qñ maleficiatus affligit. Secūdo cuiusmodi res possunt exorcizari aut adiurari. Tercio demō exorcizādi. Ad p̄mū cum iuxta Damasce. demō ibi est vbi opat. videt ꝙ maleficiato semp pñs sit cum eum affligat. Item in legēda beati Bartholomei. tunc videt sanare demon quādo cessat a lesione. Respōsio ꝙ demon pñs sit maleficiato ⁊ afflicto. Hoc pōt intelligi duplicit. vel quo ad suuꝫ esse. vel quo ad suū effectum. Primo modo pñs est in p̄ncipio dum maleficium intromittit. Secūdo modo ꝑ se non dicit p̄sens in suo effectu sic etiā cū doctores q̄rūt an dyabolus cū q̄libet culpa mortali hoīez substātialit inhabitat. dicūt ꝙ nō ꝑ se ꝫ ꝑ suū effectū sicut dñs inhabitare dicit seruū q̄ꝫtum ad suum dominiuꝫ. aliud tñ de obsessis. Quo ad secundū cuiusmodi res pñt exorcizari. Notādum est sup doctoris Thome in. iiij. dis. vj. sniam vbi dic. ꝙ quia ꝓpt peccatuꝫ homis dyabolus accipit potestatez in hominem ⁊ in omia que in vsum homis veniūt in ipsius nocumentum. Et cum etiam nulla ꝯueniētia est xp̄i ad Belial. Ideo qñcūq; aliquid sanctificādū est ad cultū diuinū p̄us exorcizat vt liberatū a p̄tāte dyaboli q̄ illud in nocumentum homis assumere poterat deo ꝯsecret. Et hoc pꝫ in bñdictione aque. in ꝯsecratione templi. ⁊ in omibus hmōi. Vñ cū p̄ma sctificatio q̄ hō deo ꝯsecrat sit in baptismo. oportet ꝙ etiā hō p̄us exorcizet q̄ꝫ baptizet. multo fortiori rōne q̄ꝫ alie res. quia in ipso homie est causa quare dyabolus potestatem accepit in alia que sunt ꝓpter hominē scꝫ pctm̄ originale vel actuale, ⁊ hec significāt ea que in exorcismo dicunt vt cum dr̄. Recede ab eo sathana, ⁊ hmōi. ⁊ similiter ea que ibi fiūt. Ad ꝓpositus ergo cū querit an morbus sit exorcizandus ⁊ demō adiurādus. ⁊ q̄d illoꝝ p̄mo. Rñdet morbus nō exorcizat. ꝫ ipse hō morbatus ⁊ maleficiatus sic in puero nō exorcizat infectio fomitꝫ. ꝫ puer infectus. Itē sic p̄us puer exorcizat ⁊ post dyabolꝰ adiurat vt recedat. ita maleficiatus p̄us exorcizat ⁊ post dyabolo ⁊ eius facture impat vt recedat. Itē sic sal ⁊ aq̄ exorcizant. ita maleficiato oīa q̄ in ipsius vsum ꝯuerti pñt vt cibaria ⁊ potagia exorcizare ⁊ bñdicere plurimū expedit. Itē lꝫ ritus exorcismi tenet in baptizādis vt fiat exufflatio versus occidentalē ptē ⁊ ab renūciatio. Scdo manuū ad celum erectio cū sacra fidei ꝯfessione. ⁊ ꝓfessione xp̄iane religionis. ⁊ tercio orō bñdictio. ⁊ manus impositio. ⁊ q̄rto denudatio ⁊ oleo sācto vnctio expost baptismū cōmunio ⁊ candidiore vestꝫ induitio. tñ nō est necesse vt hic circa maleficiatum exorcizandum fiant. ꝫ ꝙ p̄mo pure ⁊ debite sit ꝯfessus candelam accensam si potest teneat. ⁊ sacrā cōionē recipiat. ⁊ loco vestis cādide cādela bñdicta in lōgitudine corpis xp̄i aut ligni crucis nudo corpore circūliga-

tus maneat. Dici ergo potest. Exorciso te petrū aut barbarā infirmā: ꝗ sacro fonte baptismatis regeneratā per deū viuū + per deū verū + ꝑ deum sanctū + per deū qui te suo ꝑcioso sanguine redemit vt fias hō exorcizatus: vt effugiat atq; discedat a te omnis fantasia ⁊ nequitia diabolice fraudis: omisq; spūs immundus adiuratus per eū q̄ ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculū per ignē Amen. Oremus. De⁹ misericordie deus clemēs qui ꝑm multitudinē miserationū tuaꝝ quos diligis corripis et q̄s recipis pie ad emendationē coerces te inuocam⁹ dñe vt famulo qui in corpore patit membroꝝ debilitatē gratiā tuā conferre digneris vt quicquid terrena fragilitate corruptū quicq̄d dyabolica fraude violatū est vnitati corporis ecclesie membrū redēptionis annecte: miserere dñe gemituū. miserere lacrimarū eius ⁊ nō habentē fiduciaz nisi in misericordia tua ad tue sacramentū recōciliationis admittere: per xp̄m dñm nr̄m Amen. Ergo maledicte dyabole recognosce sententiā tuā: da honorē deo viuo ⁊ vero. da honorē dño Jesu xp̄o vt recedas ab hoc famulo cū tua factura quē dñs noster Jh̄s xp̄s suo ꝑcioso sanguine redemit: demū secundo ⁊ tercio iterū exorcizet vt supra cū orōnibus. Oremus. De⁹ q̄ facture tue semper pie dñaris affectu inclina aurē tuaz supplicationibus nostris ⁊ famulo tuo ex aduersa valitudine corporis laborantem placatus respice ⁊ visita et salutari tuo ⁊ celestis gratie presta eis medicinā per xp̄m dñm nostrū Amē. Ergo maledicte dyabole ⁊c̄. vt supra. Pro tercio exorcismo oratio. Deus infirmitatis humane singulare presidiū auxilij tui super infirmum nostrū ostende virtutē vt ope misericordie tue adiutus vel adiuta ecclesie tue sancte incolumis repre sentari mereat. per xp̄m dñm nr̄m Amen. ⁊ semp aspergat cū aqua benedicta. Et nota q̄ hic modus ꝑscribitur nō q̄ omnino ita fieri debeat aut q̄ alij exorcismi non sint maioris efficatie sed vt modus exorcizādi ⁊ adiurādi habeat. In antiquis em̄ historijs ⁊ ecclesiarū libris int̄dum deuotiores ⁊ efficatiores exorcismi reperiunt: sed quia in omnib⁹ dei reuerentia sit preponēda. agat ꝑm hoc vnusquisq; quantū expediens fuerit conclusiue ex ꝑmissis cōcludendo ꝓpter simplices. Sit modus iste exorcizandi maleficiatū vt primo purā faciat confessionē. Juxta ca. all. sepe. si per sortiarias. Demū fiat diligens inquisitio per singulos angulos ⁊ i lectisternijs culcitris ⁊ sub limine ostij si fortassis instrumēta maleficij caute possent inueniri inuenta etiam statim sunt ad ignē ꝓijcienda: expediret etiam vt cūcta renouarent in lectisternijs et indumētis habitationē etiam ⁊ domū mutaret. In casu vero q̄ nil inuentū fuerit tūc exorcizādus si potest ecclesiam intrabit mane ⁊ q̄ꝫto dies sanctiores: vt festa beate virginis aut vigilie existunt tātomelius sacerdos etiā cōfessus ⁊ in bono statu amplius ꝓficiet: teneat itaq; exorcizandus candelam in manu benedictā melius quo poterit sedēdo aut genua flectēdo. ⁊ qui assunt deuotas orationes pro eius liberatione fundant. Et incipiat letaniā in-

Ivero queritur. Utrũ iudex inimicos capitales alic⁹ delati possit in tali cã ad testificãdũ seu agendũ admittere ꝯtra illũ. Rñdem⁹ ꝙ nõ. Uñ arch. vbi supra. Nõ tñ intelligas ꝙ in hoc crimĩe inimic⁹ capitalis admittit ad actionẽ. iij. q. v. c. ij. ⁊ de symo. licet heli. in fine. de h etiã satis notat hosti. in sum. de accu. §. q̃s possit. sed q̃ dicunt inimici capitales. Nota ꝙ qꝛ solũ ratõne inimicitie q̃s repellit ⁊ nõ quecũqꝫ repellit ꝫ capitalis intelligit. quia mors inter eos est de facto illato vl' fuit intẽtata seu ea q̃ sunt ad mortẽ inductiua aut via vel vulnera grauia ⁊ letalia sunt secuta ⁊ sil'ia q̃ ad ꝑuersitatẽ ⁊ malignitatẽ agẽtis cõtra passum iudicãt manifeste. ꝓpter qđ p̃sumit ꝙ sicut intentauit cõtra istũ mortẽ corꝑalem ꝑ illũ modũ. s. vulnerãdo. intentaret etiaz ꝑ istum

crimen heresis imponēdo. ⁊ sic̄ voluit ei auferre vitā vellet auferre famaz quare tales inimici capitales a testimonio legitime exponūt. Alie vo inimicicie p̄sertim graues ⁊ ꝓut etiā faciliter mulieres ad inimicitias cōmouētur. ⁊ si nō repellūt totaliter tamē dictū eorū debilitant aliqualiter vt nō sit plena fides eoruz attestatiōib⁹ adhibēda. sed cū aliis adminiculis ⁊ aliorū testium dictis possunt plenā facere probationē p̄sertim vbi iudex delatū interrogat An ne putet se habere inimicū. qui tale crimē ad mortē sibi ex inimicitia imponere auderet. si dicet ita interrogabit que illa sit ꝑsona. ⁊ tunc iudex aduertet si illā personā d̄ qua suspitio est ꝙ ex inimicitia deposuerit denotauit. In tali em̄ casu vbi iudex etiā de cā inimicitie ꝑ alios honestos informat. ⁊ alia adminicula nō occurrūt ⁊ alioꝝ testiū dicta poterit secure talē testez repellere. Si vero delata ꝑsona dicet. Nō spero aliquē talem hr̄e inimicū licet interdū brigas cū mulieribus habuerim vel si dicet habeo inimicū. ⁊ nō expressit debite sed quendā aliū q̄ fortassis nō deposuit. tunc dicta talis testis etiā si aliij dicerēt ꝙ cā inimicitie deposuisset. iudex tn̄ nō debet repellere sed ad plenā probationez cū aliis āminiculis cōseruare. Repiuntur q̄plures minus ꝓuidi ⁊ circūspecti qui hmōi depositiōes mulierū refutare ⁊ ānihilare querūt dicētes illis standū nō esse eo ꝙ sepissime cū rixose sint ex inuidia deponere solēt. Hi qꝛ ignorāt astutias ⁊ cautelas iudicū loquūtur ⁊ iudicāt vt ceci de coloribus. de quib⁹ astutijs in. xj. ⁊. xij. qōne patebit.

Secūda pars qualiter processus est cōtinuād⁹ questio sexta. Et qualiter sunt testes examinādi in p̄sentia quatuor aliarū personarū. ⁊ qualiter delata ē interrogāda dupl̄r.

Iam nunc sexto querit̄ qualiter processus hmōi aduersus maleficas in cā fidei sit cōtinuādus. Cōsiderādum est primo ꝙ qꝛ in cā fidei ꝓcedit̄ sūmarie simpliciter ⁊ d̄ plano ⁊ absq; aduocatorū ⁊ iudiciorum strepitu ⁊ figura vt ptz. c. statuta. li. vj. qualiter etiā ista verba intelligātur ptz extra de ver. sig. c. sepe contingit in cle. vbi dicit̄. Sepe cōtingit ꝙ causas cōmittim⁹ ⁊ in eoꝝ aliq̄bus simpl̄r ⁊ de plano ac sine strepitu ⁊ figura iudicij ꝓcedi mādam⁹ de quoꝝ significatiōe verboꝝ a multis contēdit̄ ⁊ qualiter ꝓcedi debeat dubitat̄. Nos aūt dubitationem hmōi q̄tum est nobis possibile decidere cupiētes hac in ꝑpetuū valitura cōstitutiōe sancimus. vt iudex cui taliter cām cōmittimus necessario libellū nō exigat. litis cōtestatōnem non postulet tp̄e feriarū ob necessitates hoīm indultarū a iure ꝓcedere valeat. a mputet dilationem materiā litis q̄tū poterit faciat breuiorē exceptiōes appellatiōes ⁊ dilatiōes frustratorias repellēdo. partiū aduocatorū ⁊ procuratorū contentiones ⁊ iurgia. testiūq; supfluā multitudinē refrenādo. nō sic tamē iudec litem obruat. q̄n ꝓbatiōes necessarie admittent̄. citationē vo ac protestationē iuramenti de calumnia siue de dicenda veritate ne veritas occultet̄ per cōmissionez huius intelligimus nō excludi. hec ibi. Et

qꝛ ꝓcessus vt visum est supra. est tripliciter incipiendus. qꝛ vl' ꝓpter instantiam accusatoris. vl' ꝓpter zelū denunciatoris. vl' ꝓpter clamorē fame laborantis. ⁊ ꝓcessus q̄ fit ad instantiam ꝑtis accusantis iudex in hac materia nō dꝫ acceptare cū maleficarū facta opere demonū occultant. nec accusator ꝑ euidentiam facti sicut in alijs criminalib⁹ ꝓcedere ⁊ se defendere pōt immo cōsulere debet accusatori ꝙ amoueat verbū accusationis ⁊ ponat denunciationis. ⁊ hoc ꝓpter accusatoris graue ꝑiculum. Ideo sup secundū modū q̄ ⁊ vsitatus ⁊ similiter sup terciū in quib⁹ ꝓcedit ⁊ non ad instātiam partis. Notandū ꝙ qꝛ dictuꝫ est in p̄cedentib⁹ ꝙ iudex specialit debet interrogare denunciantē qui sciunt cū eo in tali causa ⁊ q̄ pñt scire. Ideo iudex faciet citari illos testes quos denuncians intimauit. ⁊ q̄ magis vident scire in facto: ⁊ scriptor cōtinuabit ꝓcessum scribēdo sic. p⁹ q̄ attendens ipse iudex denūciata sibi hereticalia antedicta fore ex sui natura esse talia ⁊ tamgrauia q̄ non possunt nec debent cōniuentib⁹ oculis tolerari. cum cedant in obprobriū diuine maiestatis ⁊ tam fidei catholice q̄ꝫ reipublice detrimentū. descendit ad se informādū ⁊ ad testes examinandū ꝑ modum q̄ sequit.

Interrogatoria sup testes.

Talis testis de tali loco citatus iurat⁹ et interrogatus si cognoscit talē exprimendo nomen delati. Et dixit ꝙ sic.

Item interrogat⁹ de cā cognitionis ⁊ dixit ꝙ ꝓ eo ꝙ vidit ⁊ locut⁹ est sibi pluries. Vel sic vel al's quia fuerunt socij ⁊ exprimenꝫ cause cognitionis. Item interroga. de cognitiōis tpe. ⁊ dicit ꝙ sunt decē anni vel tot. Item interrogatus de fama illius ⁊ presertim ad ea q̄ sunt fidei. Et dixit ꝙ quo ad moralia est homo bone fame vel male. q̄tū autem ad ea que sunt fidei dixit ꝙ est fama in tali loco ꝙ practicat aliqua contra fidem vt maleficus. Item interrogatus q̄d est fama. ⁊ dixit.

Item interrogatus si viuit vl' audiuit talem talia facientē ⁊ dixit.

Item interrogat⁹ vbi audiuit dici supradicta. ⁊ dixit ꝙ in tali loco.

Item interrogat⁹ in quoꝝ p̄sentia. ⁊ dixit ꝙ illoꝝ.

Item interrogat⁹ si ex sua cōsanguinitate aliqui ꝓpter maleficia fuissent dudum incinerati vl' suspecti habiti: ⁊ dixit.

Item interro. an cū suspectis maleficis habuit familiaritatē: ⁊ dixit.

Item interrogat⁹ de modo ⁊ causa ꝙ dicta fuerunt. Et dixit ꝙ ea de causa ⁊ tali modo.

Item interrogat⁹ si videt sibi ꝙ talis dixit seu fecerit trufatorie seu recitatorie seu animo indeliberato: vel potius assertiue ⁊ animo deliberato. Et dixit ꝙ credit ꝙ fecerit supradicta iocose ⁊ trufatorie seu recitatiue ⁊ nō animo sic credendi vl' assertiue.

Item interrogat⁹ de causa credētie hmōi. Et dixit ꝙ credit ꝓ eo sic qꝛ ille q̄ dicebat ridēdo dixit. Et de istis est multū diligenter inquirendum. qꝛ nonunq̄ꝫ dicant aliqui recitando alioꝝ verba vel trufando vel cōferendo vt alios alliciant vel incitent. lꝫ etiam interdum asserendo vel affirmando.

Item interrogat⁹ si hec deponit odio vel rancore seu dimittit amore vl' fauore. Et dixit q̄ ꝛc̄. Et sequitur iniunctū est sibi tenere secretū. Acta sunt hec in tali loco die tali i p̄sentia talium testiū vocatoꝝ ꝛ rogatoꝝ. ꝛ mei notarij seu scriptoris. Ubi semp aduertendū q̄ in tali examine ad minus p̄sone quinq̄ debent p̄sentes esse. s. iudex inquirēs testis vel denuncians. Respondēs vel ipse delatus postea comparens Tercius est notarius seu scriptor. vbi deest notari⁹ ꝛ tunc adiungat sibi alium honestū q̄ duo supplebūt vices notarij vt supra tactū est. ꝛ h̄ apostolica autoritate qua tunc in illo actu fugunt. vt supra in ca. vt officiū. de here li. vj. Et duo honesti viri tanq̄ testes eoꝝ q̄ deponuntur Itē aduertendū q̄ testis citat⁹ debet etiā esse iuratus. i. vt p̄stet iuramentū mō quo supra de dicenda veritate. al's false iscriberet citat⁹ ꝛ iurat⁹ Cōsil'r examinent alij testes. Quib⁹ examinatis. Si iudex videat factū esse ꝓbatū plene: vel si nō plene tñ esse maxima inditia ꝛ suspitiones vehementes. Et nota q̄ loquimur nō de leui suspitōne que ex leuib⁹ coniecturis orit. ß q̄ multū diffamata ē sup maleficia puerorū iumentoꝝ ꝛc̄. Tūc iudex si timet de fuga delati vel delate faciet euz capi. si aūt nō timet de fuga faciat eum citari. Et siue capiat siue non prius faciat iudex eius domū improuise scrutari ꝛ cuncta scrinia aperiri ꝛ i angulis pixides ꝛ oīa instrumenta tolli q̄ reperiunt. Et sic constituto. iudex collectis his de quibus est delatus ꝛ de his de quibus est p testes conuictus vel habitus suspectus formet interrogatoria super illis ac inquirat habito secū notario ꝛc̄. vt supra. p̄stito pri⁹ corporali iuramento ad quatuor dei euāgelia de dicenda veritate tam de se q̄ de alijs. Et hoc p modū q̄ sequitur cōscribant etiā singula.

Interrogatoria generalia super maleficā aut maleficū. Et est prim⁹ actus.

t Alis de tali loco delat⁹ iuratus sup quatuor dei euangelia corporaliter tacta taz de se q̄ de alijs dicere veritatem. ꝛ vnde interrogat⁹ vnde est seu vnde originem traxit. Et ꝑpendit q̄ tali loco talis diocesis.

Item interrogatus q̄ sunt ei⁹ parentes si sunt viui vel mortui. Et respondit q̄ viui in tali loco vel mortui in tali. Item interrogat⁹. vtꝝ naturali morte vel incinerati. ꝛ dixit q̄ tali. Ubi nota q̄ hoc fit qꝛ vt plurimū vt in secunda pte opis patuit malefice ꝓprios infantes demonibus offerunt aut eos instruūt ꝛ cōiter tota ꝓgenies existit ifecta Et vbi deponentes affirmassent et ipsa negaret iam esset suspꝛcta.

Item interrogatus vbi fuit nutritus. ꝛ vt in pluribus cōuersatus ꝛ dixit q̄ in tali loco vel tali. Et si videat q̄ mutauit locū ꝓpriū qꝛ forte mater nō fuit suspecta nec aliq̄s ex parentela. ꝛ tamen conuersatus in alieno ꝛ p̄sertim in locis in q̄bus consueuerūt malefice vigere interrogabit sic. Item interrogat⁹ q̄re mutauit sue natiuitatis locū ꝛ se transtulit ad cōmorandū in tali loco vel talib⁹. ꝛ dixit q̄ ex tali causa

Item interro. si in dictis locis vl' alibi audiuit loqui de materia ma-

leficarū puta q tempestates cōcita te vel iumēta maleficiata ꝛ vacce li quore lactis p̄uate ꝛc. de tali mate ria de qua est delata. ꝛ si dicit q sic. Interrogetis. Itē intero. q̄d au diuit loqui. Et scribant singula q̄e dicet. Si autē negat ꝛ dicit se nihil audiuisse tūc sic. Item interroga si credit maleficas esse ꝛ q talia pos sint fieri que referunt vt tēpastates cōcitare. iumēta inficere ꝛ homies ꝛ dixit. Et nota q malefice vt pluri mū negāt p̄lma fronte. vnde suspi tio oritur magis cō si rep̄oderent si sint aut nō sint cōmitto supiozibus vnde si negāt tūc interrogētur.

Itē interro. q̄d ergo vbi cōburūt tunc innocēter p̄demnant. ꝛ dixit.

Interrogatoria p̄ticularia super eosdē.

a Quertat iudex q nō p̄cra stinet subsequētes interro gatiōes sed indelate p̄po nat. Itē interrogatus cur cōmu nis ppls eaz timeret. ꝛ dixit. Itē interrogatus an sciret se esse diffa matā. ꝛ q odio habeāt ꝛ dixit. Itē interro. cur illi p̄sone obiecit dicen do. tu nō trāsibis impune. Et dixit

Itē inrogat⁹ q̄d mali sibi feciss illa p̄sona q talia verba in ei⁹ damnū p̄tulisset. ꝛ dixit. Et nota q hꝫ interrogatio ē necessaria vt deueni atur ad fundamētū inimicicie. q in fine delata allegabit inimicitiā sed vbi nō ē capitalis sed mō mulieb̄ cōcitata nō impedit. Hoc em ē ma leficarū p̄priū cōcitare aduersuz se. vel vbis inutilibus aut factis. puta q petit sibi p̄stari aliq̄d. aut infert ei damnū aliq̄d in orto ꝛ silia. ad h vt occasiōz recipiāt ꝛ se manifestāt in vbo vel in ope. quā manifestatōz habēt facere ad instantiā demonuz vt sic peccata aggrauent iudicū dū manēt impunita. Nota etiā q talia faciūt nō in aliozū p̄iūdicia vt si depo nens vellet testes p̄ducere non ha beret. Nota etiā q incitant a demo nib⁹ vt a multis maleficis ꝛ post in cineratis experti sumus. ita q ꝓtra ipsaz voluntatē hūt incitare ꝛ male ficiare. Itē interro. quō effect⁹ potuit consequi sup minas vt puer aut iumentū tā cito maleficiaret. et dixit. Itē interro. iterū ꝛ q̄re dixisti q nunq̄ deberet habere sanuz diem. ꝛ ita factū est. ꝛ dixit. Itez si oia negat. interroget de aliis ma leficijs aliis testib⁹ illatis puta i iu mentis vel pueris. Item interro. cur visa fuerit in cāpis vel in stabu lo cū iumētis tangēdo. aut interdū solēt facere. ꝛ dixit. Itez interro. cur tetigit pueruz. ꝛ q postea male habuit. ꝛ dixit. Itez intero. quid egit in campis tpe tēpestatis. ꝛ sic de multis aliis. Item vnde q cū habeat vnā vaccam aut duas q pl⁹ abūdat in lacte cō vicine habentes quatuoz aut sex. Item cur manet in statu adulterij aut cōcubina. licz nō deseruiāt ad p̄positū tū suspitio nem generāt amplius cō sup p̄bas ꝛ honestas delatas. Et nota q sepi us sup articulos cōtra eam delatos interrogāda est vtrū maneat in eo dē p̄posito aut nō. Qua cōfessio ne pacta ꝛ scripta siue ad par tē ne gatiuā siue affirmatiuā siue sub am biguo scribat postea. Acta sunt hec in tali loco ꝛc. vt supra.

Questio septima in qua varia du bia declarant super p̄missa interro gatoria ꝛ responsiones negatiuas. an delata sit incarcerēda. ꝛ quando

pro manifeste deprehensa in heresi maleficarum sit habenda. Et est actus secundus.

## Vertur prio

q quid agendum si vt plurimũ cõtingit ꝑsona delata omia negat. Respondeť. Iudex habet circa tria attendere. s. super infamiã. super indicia facti. ⁊ sup dicta testiũ. si videlicet omia insimul concurrũt. aut non. si omnia insimul vt plurimũ etiã contingit eo ꝙ malefice statim ꝓpter forefacta in aliqua villa aut ciuitate infamãtur. indicia etiã facti sunt pre oculis. puta i pueris maleficiatis aut in iumẽtis que sepius inficiũtur aut lacte priuãtur numerus etiã testium est inscriptus qui licet sint singulares. puta quia vnus deposuit ꝙ puerũ sibi maleficauerit. alius vero iumentũ. terci⁹ vero sup infamiã. ⁊ sic de alijs. Tñ in substãtia facti concordãt puta in maleficijs. ⁊ ꝙ vt malefica sit inspecta. ⁊ isti testes licet nõ sufficiãt ad cõdemnãdum absq; infamia vel etiam cum infamia. vt supra tactuꝫ est questione tercia. tamẽ cum indicijs facti posset ex his tribus insimul reputari. non vt suspecta vehementer aut violẽter de quibus suspitõibus inferius declarabiť. sed reputari vt manifeste deprehẽsa in heresi maleficarũ vbi videlicet testes idonei id est nõ ex inimicicia ⁊ sufficientes in nũero puta sex octo vel decẽ iurati cõcurrerẽt. ⁊ ꝯsequẽter deberet penis in. c. ad abolendã. §. presenti. de here. subiacere. ⁊. c. excõmunicam⁹. ij. ⁊ hoc siue crimen sit fassa siue nõ ⁊ hec sic probãtur. Nã qđ dictũ est ꝙ vbi oia tria ꝑfata cõcurrũt tũc ꝓ manifeste deꝑhensa in heresi dꝫ reputari nõ est intelligẽdũ ꝙ necessario oia tria incurrere ꝫ ꝓbať sic per argumentũ a fortiori. Nã vnũquodq; ꝑ se inter illa duo que sunt iudiciuꝫ facti. ⁊ testiũ ꝓductio legitima põt reddere aliquẽ vt pro deprehẽso in heretica prauitate habeať. q̃tomagis vbi ambe probatiões ꝑiter concurrũt. Nã iuriste vbi querũt quot modis de iure aliquis habeť ꝓ manifeste deꝑhenso in heretica prauitate. Respondẽt ꝙ tribus vt notat berñ. in glo. ordinaria. in. c. ad abolendã. §. pñti. ⁊ ver. deprehensi. extra đ here. ⁊ tactũ est supra in qõne prima. in principio opis. s. facti euidentia. puta qꝛ publice ꝑdicauit heresim. hic autẽ ponimus indiciũ facti ꝓpter publicas minas quas intulit. Dicẽdo nunq̃ꝫ sanos dies habebis vel simile ⁊ effectus fuit subsecutus. sequiť vel legitima ꝓbatione per testes. vel tercio ex ꝓpria cõfessione. vnde si vnũquodq; illorũ per se facit ⁊ reddit aliquẽ tanq̃ꝫ manifeste suspectũ. quãtomagis insimul iungẽdo infamiã ⁊ indicia facti cuꝫ testiũ depositione. licet ibi dicatur euidẽs factum ⁊ hic indiciũ facti. ⁊ hoc est qꝛ dyabolus non manifeste opatur sed occulte. damna aũt ⁊ instrumenta maleficij que reperiũtur dãt indiciũ facti. vnde vbi euidens factũ in alia heresi solum sufficeret hic adiũgimus tria. De secũdo vo ꝙ talis deprehẽsus licet negaret tñ iuxta illa capitula esset puniendus sic ꝓbatur. Nã deꝑhensus facti euidentia vel per testes aut fatetur crimen vel nõ. si fateť ⁊ est penitẽs tradendus est brachio seculari vltimo supplicio feriẽdus. iuxta. c. ad abo-

lendaz. vt supra. est carceri ꝑpetuo detrudend⁹: iuxta. c. excõicam⁹. ij. Si aũt nõ fatet sed stat in negatiua est vt impenitens tradend⁹ potestati curie secularis animaduersione debita puniend⁹. vt notat Hostien. in sum. ti. de here. qualiter deꝑhẽdant. Sic ꝯ ꝯcludit ꝙ si iudex isto mõ ꝓcederet sup interrogatoria ⁊ testiũ depositiões. cũ vt dcm̃ est in causis fidei summarie simpliciter ⁊ de plano ꝓcedi põt. ⁊ ipsaz delatã carceri deputaret ad temp⁹ vel ad ãnos plures. si forte post annum squalorib⁹ carceris deꝑssa crimina fateret nõ iniuste sed iuste ꝓcederet. Attamen ne videat sniam ꝑcipitare immo ꝑm oẽm equitatem ꝓcedere. q̃rit q̃d ꝯñr agendũ sit.

Questio octaua ⁊ ꝑcedenti annexa an sit incarceranda: ⁊ de mõ capiendi; Et est actus tercius iudicis.

A vero super negatiuas responsiones malefica sit carceri ad custodiaz mancipanda. vbi ꝑfata tria cõcurrunt. s. fama. indicia facti. ⁊ ꝓductiones testiũ aut sub cautõne fideiussoꝝ dimittenda vt denuo citata respondeat. Responderi põt ex trib⁹ opinionib⁹. Primo em̃ aliq̃ꝝ sententia est ꝙ carcerib⁹ sit mancipanda. ⁊ nullo mõ sub cautione dimittenda. ⁊ hi innitunt rõni tacte ĩ ꝑcedenti questione. qꝛ vicz habetur ꝓ manifeste deꝑhensa vbi illa tria concurrunt. Alij vo ꝙ ante incarcerationẽ potest cautioni fideiussorũ relinqui. ita ꝙ si fugam caperet ꝙ tunc ꝓ conuicta haberet. lz post incarcerationẽ sup negatiuas rñsiones non sit cautioni vl manu lente relinquenda. quando vicz illa tria cõcurrunt supra notata. eo ꝙ tunc non posset sententiari et plecti ad mortem. ⁊ hic innititur consuetudini. Tercij sunt qui dicunt ꝙ nõ sit danda infallibilis regula. sed iudici sit relinquendũ vt ꝑm dicta testium ⁊ infamiã ꝑsone. ⁊ si indicia facti concurrunt tanto graui⁹ discernat per modum patrie seruando et consuetudinem. concludentes ꝙ si non posset habere fideiussores notabiles ⁊ fortassis suspecta de fuga ꝙ tunc carceri mancipet. ⁊ hec tercia videtur rõnabilior. sic tamen ꝙ debitus seruet modus q̃ stat in tribus. Primo vt domus eius quantum possibile est perlustretur sub ⁊ supra in omnibus angulis fossis et scrinijs. ⁊ siquidem famosa malefica existit. tunc absq; dubio nisi prius sint ab ea occultata varia instrumenta reperiuntur. sicut supra tactum est. Secundo vt si habet ancillam aut consodales ꝙ ⁊ ille vel illa seorsum includantur etiam si nõ sint delate. presumitur eas non latere secreta aliqua illi⁹ delate. Tercio ꝙ in capiendo si in domo ꝓpria capitur. ꝙ non detur ei spacium intrandi cameram. eo ꝙ tunc solent certa maleficia accipere ⁊ secum deferre pro taciturnitate procuranda Ratione cuius incidit dubium. An modus capiendi maleficas qui ab aliquib⁹ obseruat vbi a famulis subito a terra eleuat ⁊ in sporta siue ĩ spatulis ne terrã vltra tangat defertur: sit licit⁹. Responderi potest ex canonistarũ ⁊ quorundã theologorũ sententia ꝙ licitũ sit hoc triplici respectu. Primo qꝛ vt in questione

introductoria hui⁹ tercie partis patuit plurimoꝝ sententia. immo talium doctoꝝ quoꝝ dicta reprobare nemo audet. vt Hostienſ. Goffre. est ꝙ licitū est vana vanis cōtundere. Experientia deniq; immo ⁊ maleficaꝝ fassiones demonstrant ꝙ se ꝑius ꝑ tales modū capte taciturnitatis maleficiū amiserūt immo. q̄ plures incinerande petentes vt saltem pede vno terrā tangere ꝑmitterent. dum eis fuisset denegatū ⁊ in fine scissitatū cur tñ terraꝫ tangere optassent. Responsum ꝙ si tetigissent seip̄as liberassent multis alijs fulminibus interemptis. Alia causa nā hocip̄m manifestū existit. vt i secunda ꝑte operis patuit ꝙ in publica iusticia omnes vires maleficij frangunt quo ad p̄terita. ſ̄ quo ad futura nisi de nouo ei a diabolo succurrat in maleficio taciturnitatis om̄ia crimina fatet. Dicam⁹ ergo iuxta apl'm. Quecunq; verbo vl' opere agimus om̄ia in noīe dñi nostri iesu xp̄i fiant ⁊ siquidē innocēs fuerit h̄ captio non ei nocebit. Tercio respectu. qꝛ si ſm doctores licitum est ꝑ vana opa maleficia tollere. qꝛ in hoc cōcordant oēs lꝫ discrepant in illo ꝙ illa vana nō debeant esse illicita. Vñ dictuꝫ Hostien. vbi dicit ꝙ licitū sit vana vanis cōtundere. glosat ab alijs. nota ꝙ dicit vanis: nō aūt illicitis. a fortiori licitū est maleficia impedire. ad quod impedimentū hic respectus habet et non ad aliqd̄ illicitū exercendum. Notat insuper iudex ꝙ est duplex incarceratio. vna ad penā vbi crimi nosi ponunt. Altera ad custodiam tm̄. ⁊ hec in pretorio fit. Et he due custodie notant in capi. multoꝝ q̄rela. vt supra. vnde ad minus ad custodiam est incarceranda. si aūt leuia essent ꝑ quibus essent accusata: ita ꝙ nō esset infamata nec eēnt indicia facti in pueris ⁊ iumentis. tunc remittat ad domū. sed qꝛ familiaritatem habuit forte cum maleficis ⁊ nouit eoꝝ secreta. det fideiussores. quos si habere nō potest. iuramentis ⁊ penis astricta domum non exeat nisi vocata. ancille aūt ⁊ domestici de quib⁹ supra ad custodiam ⁊ nō ad penam detineant.

Questio nona quid agendū post captionē: ⁊ an deponētiū noīa sint ei manifestanda. ⁊ est act⁹ quart⁹.

## Vo autē post

d captionē fiunt. sed q̄d primū inter illa iudici relinquit. s. defensionū concessio. ⁊ i loco torture nō tñ ꝑ torturā examinatio. Primum nō dat nisi petierit. Secundū nō fit nisi pri⁹ ancille seu consodales si habuit in domo examinent. Procedam⁹ tamen ordine posito. Si delata dicat se innocentem ⁊ ꝙ false sit delata. ⁊ ꝙ libent velit tales accusatores inspicere et eos audire. tunc signum est ꝙ petit defensiones. Sed an iudex teneat ei deponentes manifestare ⁊ ad cōspectū eius presentare. Hic aduertat iudex ꝙ nullū illoꝝ tenet facere nec noīa manifestare. nec ad cōspectū p̄sentare nisi deponētes ꝑ se. et sponte ad hoc se offerunt. vt vicꝫ eorū aspectib⁹ p̄ntent. ⁊ ea q̄ deposuerūt eis in faciē obijcere. ꝙ aūt non tenet iudex. ⁊ hoc ꝓpter ꝑiculū deponentiū ꝓbat. Nā lꝫ diuersi summi pontifices diuersa senserūt. nullus tñ vnq̄ sensit ꝙ iudex teneret i

tali cā delato noīa deponentiū manifestare nec etiā accusatoꝝ. lz h nō ꝓcedim⁹ ꝑ modū accusationis. sed poti⁹ aliqui senserūt ꝙ in nullo casu liceret. aliq̄ v̄o q̄ꝫ in aliquo. Tandem aūt Bonifacius octau⁹ statuit vt ptz in ca. statuta. §. inhibem⁹. li. vj. vbi sic dicit. Inhibem⁹ tñ ꝙ si accusatorib⁹ vel testib⁹ in causa heresis interuenientib⁹ seu deponentib⁹ ꝓpter potentiā ꝑsonarū cōtra q̄s inq̄rit. videant eps ⁊ inq̄sitor.

Nota tu ꝓ inq̄sitore ⁊ epo iudicē quēcunq̄ ꝯ maleficas ꝓcedentē ex consensu epi ⁊ inq̄sitoris. qꝛ idē est ⁊ vices suas cōmittere pñt vt in q̄stiōe introductoria patuit. vñ ⁊ tal' iudex q̄cunq̄ etiā secularis ꝓcedit apl'ica auctoritate. ⁊ nō solū imperatoria. sequit. graue ꝑiculū īminere: si cōtingat fieri publicationē eorūdē ip̄oꝝ noīa nō publicent ⁊c̄. Et sequit infra. cessante v̄o periculo supradicto. accusatoꝝ vl' testiū nomīa ꝓut in alijs fit iudicijs publicent. Attendat etiā circūspect⁹ iudex de potentia ꝑsonaꝝ. qꝛ illa est triplex. scz potentia generis ⁊ familie. potentia pecunie. ⁊ potentia malicie: q̄ pl⁹ tenenda est q̄ꝫ alie due ꝙ ex illa testib⁹ grauia ꝑicula possent imminere si eis ꝯ quos deposuerūt eorū noīa publicarent. ⁊ ratio est. maius em̄ est ꝑiculū noīa testiū publicare alicui delato pauꝑi habenti in malis complices rebelles ⁊ homicidas q̄ nihil habent nisi ꝑsonā ꝑdere. q̄ꝫ generoso vl' diuiti abundanti in tꝑalib⁹. q̄d aūt sit graue ꝑiculuz ⁊ quale declarat Jo. an. sup p̄dicto ver. ꝑiculū. dicens ita ꝑiculū. qꝛ timet̄ mors. vl' detrūcatio ip̄oꝝ vl' filioꝝ vl' parentū suoꝝ. vl' deuastatio substantie vl' his sil'ia. Aduertat in sup iudex ꝙ cū apl'ica auctoritate ex bñplacito ordinarij in his ꝓcedit. qd̄ ad illud secretū. s. de nō reuelando testificantiū noīa tam ipse q̄ꝫ om̄s alij assessores q̄ depositiones testiū interfuerūt aut in futuꝝ circa sniam ferendā interesse poterunt tenent sub pena excōicatiōis quā cōtra eos si oppositū fecerint eps fulminare poterit. ⁊ ita ne reuelent a principio ꝓcessus ad minus implicite fulminauit. Uñ in alleg. ca. statuta. §. ⁊ vt eorundē. ita d̄r. Et vt eorundē accusatorū ⁊ testiū periculis efficacius occurrat ⁊ cauti⁹ inq̄sitionis negocio ꝓcedat pñtis cōstitutionis auctoritate ꝑmittimus ꝙ eps ⁊ inq̄sitores tu itellige sicut supra possint indicere illis q̄bus vt p̄missum est ꝓcessum hmōi explicabunt. ⁊ in eos archana cōsilij seu ꝓcessus sibi sub secreto ab eisdē epo ⁊ inq̄sitorib⁹ patefacta p̄ter ip̄oꝝ licentiā alijs patefacerent excōicationis sniam quā ex secreti violatiōe ip̄o facto incurrant si eis videbit ꝓmulgare. Notandū vlteri⁹ ꝙ sicut pena annexa est vbi noīa testiū indebite publicarent. ita pena est annexa vbi indebite occultarent. s. ill' q̄bus merito sunt manifestanda. s. peritis ⁊ assessorib⁹ de quoꝝ ꝯsilio est ad sniam ꝓcedendū. vl' vbi non publicerent vbi sine periculo testium publicari possint. vt in dicto capi. statuta. circa finē sequit. Ceterū in oib⁹ p̄cipim⁹ tam epos q̄ꝫ inquisitores purā ⁊ ꝓuidā intentionem habere ne accusatoꝝ vl' testiū noīa supprimendo. vbi est securitas periculū esse dicant nec in eoꝝ discrimine securitatem asserant vbi tale

periculū imminere et sup hoc cōsciē tias eoꝝ onerantes. vbi Archi. ita dicit. O tu q̄cunq̄ iudex in tali casu bene aduerte verba ista nā nō dicit leue ꝑiculum si graue. noli igit reū priuare iuris ordīe sine magna causa. qm̄ hoc fieri nō pōt sine offēsiōe dei. ⁊ notandū est lectori ꝙ qꝛ om̄ia p̄cedentia ⁊ etiā sequentia vsq̄quo ꝑueniat ad modos sententiandi absq̄ pena sanguinis in quibus eccl'iasticus iudex iudicare habet fieri possunt cum cōsensu dioce sanoꝝ ꝑ secularem iudicem ideo nō impediat lectorem si in ca. allegat iudex ecclesiastic⁹ ⁊ nō secularis q̄ modos sententiandi sup sanguinē capiet ex modis sententiandi ⁊ penitentionandi ordinariorū.

Questio decima qualiter sunt defensiones concedende cū deputatione aduocati. ⁊ est actus quint⁹.

Igit defensiones petit quō concedi possunt vbi noīa testium omnino occultant. Dicendū ꝙ defensio stat in trib⁹. Primo vt ei aduocatus deputet. Secundo vt illi aduocato nomina testiū non publicent nec ad secretum etiā tenendū sub prestito iuramento sed informetur de singulis cōtentis in ꝓcessu. Tercio delati causa quantū potest in meliorē ꝑtem interp̄tet sine tamen scādalo fidei ⁊ damno iusticie vt patebit. ⁊ ꝓcurator pari forma cui ꝓcessus toti⁹ copia. suppressis tn̄ testiū ⁊ deponentiū noīb⁹. ⁊ idē aduocat⁹ etiā ꝓcuratorio noīe ꝓcedere poterit. Quo ad primū. Notatur ꝙ aduocat⁹ non deputat ad bn̄ placitum delati. puta quia vellet habere vnum ad suum placitum de illo omnino caueat iudex non concedere hominem litigiosum. maliuolum q̄ faciliter pecuniis possit corrumpi. ꝓut sepe tales inueniuntur sed concedat sibi virum ꝓbum ⁊ de legalitate non suspectum. Et notare debet iudex quatuor in aduocato. que si obseruata fuerint ab aduocato ꝑmittat eum aduocare. al's habet eum refutare. Nam aduocatus primo debet examinare qualitatē cause. ⁊ si viderit eā iustam tūc si voluerit assumat eam. si vo iniustam rennuat. vn̄ diligenter cauere debet ne causam assumat iniustaꝫ ⁊ desperatam. Verū ꝙ si ignoranter ab initio acceptauit cām ⁊ cuꝫ hoc pecuniā. in ꝓcessu tn̄ cognouit causam desperatā. tūc sic clientulo suo id est delato ꝓ quo cām assumpsit: nō cōsuluit vt cederet salariū receptuꝫ tenet restituere s̄m Goffre. qd̄ ꝓbare videt ꝑ. C. de iudi. rem non nouā. Licꝫ Hostien. dicat oppositū. s. de salario restituendo. nisi industriose fecisset. Vn̄ si nequam aduocat⁹ clientulū suū scient inducat ad defendendū cām iniquā ad damna ⁊ ad expensas tenet. C. de admi. tu. nō est ignotū. Secūdū ꝙ obseruare dꝫ vt seruet in aduocando tria Primo modestiā vt nō ꝓcacit nec conuiciando nec vociferando ꝓponat. C. eo. qm̄. Secundo veritatem scꝫ vt nō mentiat. falsas rōnes vel ꝓbationes inducēdo. nec falsos testes aut iura si perit⁹ esset. nec dilatōes petat p̄sertim in hac causa vbi summarie simplicit ⁊ de plano. vt supra in questiōe sexta tactū est. et tangit. iij. q. vij. hec tria. Et terciuꝫ qd̄ obseruat est ex ꝑte salarij qd̄ mo

derat ſm cōſuetudinē regionis. de qua matetia tractat. iij. q. vij. §. arcenk. z §. tria. Sed ad noſtrū ꝓpoſitus redeūdo. Iudex ita ꝓſcriptas conditiones aduocato ꝓponat. z in fine adiūgat ne fautozia hereſis incurrat. qz tūc excōicatus eſſz. iuxta ca. excōicamus. j. §. credētes. Nec valet ſi dicat iudici q̄ non defendit errozē ſed ꝓſonā. qz nō debet defendere quouiſmodo vt non pzocedat ſūmarie ſimpliciter z de plano qō faceret ſi petere vellet oīno dilationes. vel immiſcere appellatōnes. q̄ omia refutātur. vt ibi in qōne ſexta recitat. qz licet errozem nō defendat cū ſic dānabilioz ipſis maleficis eēt z potius hereſiarcha q̄ hereticꝰ maleficus. vt patet. xxiij. q. iij. qui illorum. tum qz indebite defendit iam ſuſpectū de hereſi tanq̄ fautozez ſe facit. z nō ſolū leuiter ſed z vehemēter ſm defenſionē quā fecit. z debet abiurare publice coz̄ epo. iuxta. c. accuſatus. frequēter allegatum. hec ad longū poſita ſunt nec paruipendat iſta iudex. qz ex aduocato ſeu ꝓcuratoze vbi falſe ꝓcedere nititur. plurima pericula euenire ſolēt. Eſt iudex oīno debet eū refutare z ꝓcedere ſm acta z ꝓbata vbi repben ſibilis aduocatus fuerit. Verumtamē ſi iudex habuerit aduocatū irrepbenſibilē ꝓo delato virū zeloſum z iuſticie amatoꝛē noia teſtiū ei idicare poterit. ad ſecretū tñ tenenduz ſub pzeſtito iuramento.

Queſtio. xj. quid faciet aduocatus cum ſibi nomia teſtiū nō publicātur. actus ſextus.

¶ Dod ſi queritur. Quid ergo aduocatꝰ etiā ꝓcuratoꝛi noīe ꝓ delato faciet vbi nec ſibi nec cliētulo ſuo nomia teſtiū publicātur. quā tñ publicationem delatus ſumme affectaret. ¶Reſpōſio. Informationē capiat a iudice de ſingulis in ꝓceſſu cōtentis. z ſiquidem copiā habere velit. ſuppſis tamen noibus teſtiū tradatur ſibi. z ſic informatus accedat delatū z ſingula ſibi ꝓponat. et ſi materia poſtulat. vtpote qz multuz oneroſa delato. cū ad penitentiā quātū pōt hoꝛtet. Et delatus vbi iterū atq̄ iterum inſtat vt ſibi teſtes publicētur ¶Reſpōdere pōt ex factis que cōtrate delata ſunt cōiecturare teſtes poteris. naz tali maleficiatus eſt puer aut iumentū. aut tali mulieri ſeu viro dixiſti eo q̄ talē rez quā petebas tibi ꝓeſtare nolebat. tu ſentiēs q̄ melius fuiſſet vt mihi rem accōmodaſſes. poſt que verba talis infirmatus ſubito facta tua vt teſtimonia clamāt. que plus ponderātur q̄ teſtimonia verboꝛū. vel etiā tu ſcis te infamatā. z a lōgo tpe ſuſpectaz de multis maleficijs z dānis hoibꝰ illatis z ſic replicādo finaliter ad hoc deueniet q̄ ipa aut iimicicias allegabit aſſerēs ſibi ex iimicicia obiecta. aut dicet. Fateoꝛ me dixiſſe hec ꝓba. ß nō aio nocēdi. Quare aduocatus tūc iudici z aſſeſſoꝛibꝰ de ꝓmo vicz de iimicicia habz ꝓponere z iudex inq̄rere. Et ſiquidē illa capitaliter iueniret. vtpote. qz inter maritos vl̄ ꝓſanguineos fuiſſet moꝛs intētata vel ſecuta vel alicuiꝰ criminis inculpatio. vñ q̄s foret plectēdꝰ p publicā iuſticiā. vl̄ fuerūt vulnera grauia ex ꝓtroverſijs z brigis illata. tūc ꝓuidus iudex cū ſuis aſſeſſoꝛibus diſcutiet an ex pte delate iimicicia ag

grauat vel ex parte deponētis. puta qꝛ maritꝰ aut amici delate alios ex parte deponētis iniuste oppꝑsserūt tūc quidē si nō assunt indicia facti in pueris seu iumentis siue hoibus maleficiatis nec etiam assunt alij testes aut etiaꝫ ꝙ publica infamia nō laborat. tūc presumit ꝙ rōne vindicte cōtra eam deposuerit. ⁊ est delata oīno absoluēda ⁊ libere dimittēda sub debita cautione de non vindicādo ⁊c. vt moris iudicuꝫ est. Sꝫ querit. Katherina habet puerū maleficiatū seu ipa ꝑ se est maleficiata seu in iumentis ꝑcepit plurima dāna. ⁊ suspicat super illā cuius maritus aut cōsanguinei etiā ꝑ prius iniuste suū maritū aut cōsanguineuꝫ oppresserūt in publico iudicio Uñ cū hic duplex sit inimicicia ex parte deponētis. qꝛ inimicat rōne maleficij illati ⁊ rōne infamie iiuste obiecte suo marito aut cōsanguineo. ē ne eius depositio repellēda aut nō ⁊ quidem ex vna parte videt ꝙ sic. qꝛ inimicicia ibi est ex altera. ꝙ non qꝛ profert indicia facti. Rñdetur ꝙ in casu quo nō assunt alij deponentes. nec etiā publica laborat īfamia cōtra delatā. tunc nō statur eius depositioni tm̄ sed repellit. ⁊ delata. tamē reddit suspecta si ⁊ inquā um morbus est maleficiosus ⁊ nō ex naturali defectu ⁊ qualiter hoc cognoscitur inferius patebit ꝙ canonice est purgāda. Sed si iterū querit an alij deponentes etiā habent sup indicia facti primū deponere que ipsis aut alijs contigerūt. aut solū super infamiā. Respondet ꝙ si super aliqua indicia facti deponunt bene quidē. si autem tm̄ super infamiā ⁊ ita in re existit. tunc iudex licꝫ repulerit deponentē ꝓpter inimiciciā tm̄ indiciū facti qđ protulit. ⁊ oñdit iudex ex alijs testibus que super infamiā deposuerūt capiet pro intersigno sup suspitionē vehementeꝫ ex qua ipsa delata detenta iudicari poterit a iudice super triplicez penā. s. canonice purgatiōis. ꝓpter infamiam. Juxta ca. inter sollicitudines. extra de pur. ca. Iteꝫ sup abiurationem ꝓpter suspitionē. iuxta. c. accusatus. in principio. ⁊ sm̄ varias suspitiōes ad varias abiurationes vt patebit in quarto mō sententiādi. Et ꝓpter indicia facti si crimē fatet ⁊ penitet nō relinquit brachio seculari ad punitionē sanguinis sed per ecclesiasticū iudicē ad ꝑpetuos carceres iudicat. per secularē tamen iudicem non obstāte ꝙ ad perpetuos carceres sit per ecclesiasticū iudicē iudicatus. potest tamen ipsum propter dāna tēporalia tradere igni. iuxta. c. ad abolendā. §. presenti. ⁊ iuxta. ca. excōmunicamus. ij. de here. que omīa patebūt inferius circa sextum modū sententiādi. Epilogando. Attendat iudex primo ꝙ nō sit facilis ad credēdū aduocato. vbi ꝓ delata allegat inimiciciā capitalem eo ꝙ rarissime in tali crimine qs deponit sine inimicicia cū malefici sp exose omibus habeātur. Secundo attendat ꝙ cū quatuor modis malefica pōt cōuinci. s. ꝑ testes. ꝑ euidentiā facti. ꝑ indicia facti. ⁊ ꝑ confessionē ꝓpriā. ⁊ hoc vel sup infamiam tm̄. qđ tm̄ fieret hoc ꝑ testes. vel sup suspitionē. tūc ꝑ euidētiā facti aut indicia facti fieret. ex qbꝰ suspitio pōt iudicari leuis vel vehemēs vel violēta. ⁊ hec oīa absqꝫ cōfessione ꝓpria que si cōcurreret tūc vt di-

ctum est ꝓcederet. Tercio applicet ꝓmissa ad suum ꝓpositū sup ꝑsonā detentam ad obuiandū aduocato: sed vicꝫ sit tantūmodo sup infamiā delata. aut q̄ ibi cōcurrāt aliqua in dicta vnde reddit suspecta vehemēter vel leuiter. ⁊ tunc aduocato sup inimicicia allegatā respondere poterit. Et hoc ꝯtum ad illā ptem vbi aduocatus ꝓ delato in inimicicia deponentiū allegauit. Sed vbi allegat scōm videlꝫ q̄ illa verba q̄ ꝓtulit contra deponentē. tu senties i breui q̄ tibi euenient. aut tu nō habebis plures dies sanos. aut veniet in breui q̄ tu velles mihi talē rez accomodasse aut vendidisse ⁊ similia. Tunc aduocatus adiungat. licꝫ malū aliqō fuerit subsecutū deponenti in rebus vel coꝛporib⁹. nō tñ ꝓpter hoc sequit: q̄ illa delata huius mali sit causa tanꝯ malefica eo q̄ infirmitates varijs modis accidere possunt Item allegat q̄ cōmune est mulier verbis hmōi mutuo contendere ꝛc. Sup istas allegationes iudex habet obuiare p hunc modū si q̄dem infirmitas ex defectu nature accidit tunc excusatio locum habere poterit. Sed qꝛ ex signis ⁊ experimentis oppositū cōstat vtpote qꝛ nullo remedio naturali curari potuit. Item qꝛ iudicio medicoꝛuꝫ iudicat vt morbus maleficialis vulgariter nachtschaden. Item iudicio foꝛtassis incantatricum aliaruꝫ que asserunt seu asseruerūt morbuꝫ esse maleficialem. Item qꝛ subito superuenit absq̄ aliqua ꝑuia debilitatione. cum tñ naturales infirmitates successiue solent debilitare. Itē qꝛ foꝛtassis curata fuit. ideo qꝛ reperit certa instrumēta sub lecto aūt indumentis sue alijs locis. et illis amotꝫ subito sanitati restituta fuit: ꝓut sepissime cōtingit Ut supꝛa in in secunda parte opis patuit vbi de remedijs tractat. Et p hec seu similia iudex facillime pōt obuiare q̄ talis infirmitas potius ex maleficio q̄ naturali defectu contigit. Et p minas obiectas suspicat de maleficio. Sicut a simili si q̄s diceret. volo tibi cōburere boꝛreū. ⁊ effectus subsequit. vtq̄ violentā causat suspitionē. q̄ ille q̄ minas ꝓtulit boꝛreum succenderit. lꝫ foꝛtassis alius ⁊ non ipse combussit.

Sequit ad idem questio duodecima magis declarans qualiter sit inimicitia capitalis inuestiganda. actus septimus.

## Trento q̄ a te

a stimonio ferēdo tantūmodo inimici capitales repellunt vt supꝛa quinta questiōe tactū fuit. Inimicicia aūt talē declarare ex his que in capitulo ꝓcedenti tacta sunt iudici foꝛtassis nimis obscurum ⁊ difficile videat. attento q̄ delatus vel eius ꝓcuratoꝛ nollent faciliter eius acquiescere decisioni sup materia tacta que dicat inimicicia capitalis ⁊ que nō. Ꝯ erpzimendi sunt alij modi q̄b⁹ in noticiam talis inimicicie iudex deueniret. vt insontez sic minime dānaret q̄ tñ reū ꝓ debita iusticiaꝫ puniret. Et hi modi lꝫ sint cauteloſi seu etiā doloſi. tñ iudex illos practicare potest in bonū fidei ⁊ reipublice. cū ⁊ apl's dicat. cū essem astut⁹ dolo eos cepi. spēal'r etiā hi modi practicāt sup delatos nō diffamatos publice seu etiam nō notatos ꝓ aliqō indi-

esū facti. lz etiā iudex sup quoscunq̄ delatos. vbi inimicicias ꝯ deponentes allegarēt. ⁊ noīa testiū omnino scire vellent. Primꝰ modꝰ est Nam dat̄ delato seu suo aduocato copie ꝓcessus ad ꝑtem suā. s. deorsum ⁊ noīa deponentiū seu deferētiū ad ꝑtem aliam. nō tñ eo ordine quo deponunt. sed isto modo vt nomen testis q̄ est primꝰ in copia sit sextus vl̄ septimꝰ in cedula. ⁊ q̄ secūdus sit penultimꝰ vel vltimꝰ. ⁊ sic delatus. q̄s hoc deponat vel illud. ⁊ q̄s sit primꝰ vel secundꝰ in sua copia. quo stante. aut dabis om̄s inimicos: aut nō. si om̄es. eo citius rep̄hendet̄ delatus de mendatio. vbi cā inimicicie ꝑ iudicem scrutabit̄ si quosdā vō tunc facilꝰ cā inimicicie inuestigabit̄. Secundꝰ modꝰ esset a simili vbi daret̄ aduocato ꝓcessus copia ad ꝑtem vnā ⁊ deponentium noīa ad ꝑtem aliā. ⁊ adiunctis alijs extraneis q̄ alibi a maleficis fuerūt ꝑpetrata. ⁊ nō a deponētibꝰ seu testibus inscriptis deposita. sic delatus nō poterit assertiue dicere illuz vl̄ istū inimicū capitalē. q̄ nescit q̄ sint ab illis cōtra eū deposita. Tercius modꝰ q̄ ⁊ supra tactus capitulo quinto. Nam q̄n delatus examinat̄ in fine secundi examinis anteq̄ petat defensiōes ⁊ anteq̄ aduocatus sibi deputat̄ Interroget̄. An reputet se habere inimicos capitales q̄ omni diuino timore postposito falso imponerent sibi labem heresis maleficarū. Et tunc forte imp̄meditatus ac improuisus ⁊ nō visis deponentiū attestationibꝰ respondet ꝙ nō reputet se habere tales inimicos. vl̄ si dicit puto me habere. tūc nomiat. ⁊ illi inscribant̄ ⁊ causa etiā inimicicie. vt postmodū iudex valeat eo certius inuestigare. postq̄ copia ꝓcessus ⁊ nomina seorsuz fuerint tradita modis q̄bus supra. Est ⁊ quartus modus vt iterum in fine secundi examinis aut confessionis de qua in sexta questione circa secūda interrogatoria añq̄ dent̄ ibi defensiōes interrogat̄ de testibꝰ q̄ grauiꝰ deposuerūt ꝯ eū ꝑ hūc modum. Cognoscis tu talē vnū nōiando de testibꝰ q̄ grauiora deposuit. ⁊ tunc dicet ꝙ sic vl̄ ꝙ non. Si dicit ꝙ nō. tunc nō poterit expost dando sibi defensiones ⁊ aduocatū ponere illū capitalē inimicū. cum dixerit medio iuramēto prius oppositum. s. non noscere illum. Si aūt dicit ꝙ sic. tūc interroget̄ si scit vel audiuit ꝙ ipse vel ipsa egerit aliq̄d contra fidē sic̄ malefice solent facere. Si dicit ꝙ sic. Talia ⁊ talia fecit. Interroget̄ si est eiꝰ amicꝰ vl̄ inimicus. statim respondebit ꝙ amicꝰ ⁊ hoc ideo vt eius testimonio stet̄. ⁊ extunc in illa causa non pōt dare illum inimicum capitalē ꝑ suum aduocatum cū medio iuramento ꝑ antea dixit eum amicū. Si aūt respōdeat ꝙ nihil scit de eo. tunc interrogat̄ an sit eius amicus vel inimicꝰ. ⁊ ipse statim respondebit ꝙ amicꝰ. q̄ allegare inimicū de quo nil mali nouit nō facit. Dicet ergo sum suꝰ amicus. Attamen si scirem aliqua nō omitterē q̄n illa reuelarē. In tali ergo causa nō poterit eū ponere expost inimicū. vel ad minus allegabit causas inimicicie capitalis a p̄ncipio. ⁊ tūc aduocato adhibebit̄ fides. Quintus modus est. nam datur delato seu aduocato copia processus suppressis noībꝰ deponētiū

⁊ vbi aduocatus informabit euz de singulis. cōiecturat quis vel qui deposuerūt talia cōtra eū. ⁊ frequēter venit in cognitōnem. ⁊ tūc si dicet talis est inimicus capitalis. et volo ꝓbare ꝑ testes. tūc iudex habet cōsiderare si cōcorditer iuxta ꝓcessuz noiauit. ⁊ tunc qꝛ dixit velle ꝓbare ꝑ testes. illos examiabit ⁊ causas inimicitie examiabit secrete. cōuocato ad hoc bono cōsilio ꝑitorum vel antiquorū in q̄bus latet prudentia ⁊ si ita iuenerit causas iimicitie capitalis sufficiētes. tūc repellat prio testes. ⁊ illi dimittet si nō assūt alia grauamia aliorū testiuz. Et hic modus q̄ntus vt cōmuniꝰ obseruat. ⁊ de facto malefice cito ex copia ꝓcessus eliciūt q̄ vel que aduersus eā deposuerūt. Et qꝛ rarissime in tali causa iuenit inimicitia capitalis. qꝛ nisi ea que ex eaꝝ malis opibus orit. Ideo iudex desacili se habet ꝑ p̄fatos modos resoluere. attento etiaz ꝙ sepius deponētes affectāt se ꝑsonaliter maleficis p̄ntare. ⁊ in faciez obijcere ea q̄ ꝑ maleficia eis sunt illata. Est ⁊ alius ⁊ vltimus ad quem finaliter iudex recurrē pōt vbi p̄dicti modi fortassis iudicarent ab aliquibus dolosi. ⁊ ꝑ astutiā practicati p̄sertim quatuor primi. ideo oino ad satisfaciendū ⁊ quietādū scrupulosas mētes. ⁊ ne iudici quicq̄ obijciat. aduertat ꝙ postq̄ per p̄cedentes modos expertꝰ est nō eē aliquē inter delatū ⁊ deponentē capitalez inimicitiā. vult tñ hoc idē consilio aliorū assessorū ꝯcludere in finē ne sibi q̄cq̄ obijciat. faciat hoc. det delato seu eiꝰ aduocato copiā processus. deponentiū tamē ⁊ deferentiuz noibus suppressis. ⁊ qꝛ defendēdo dicit se habere inimicos capitales. ⁊ fortassis causas inimiciciarū varias allegat siue in re ita sint siue nō. cōgregat tamē iudex consiliū peritoꝝ cuiuscūq̄ facultatis si cōmode habere pōt. vl' ad minus ex ꝓuidis ⁊ honestis ꝑsonis. quibuscūq̄. quia ad hoc tenet iuxta ca. statuta freq̄nter allegatū. ⁊ illis totū ꝓcessum integraliter ⁊ ꝑfecte per notariuz seu scriptorē legi faciat. ⁊ testiū seu deponentiū noia publice exponat. ita tñ qd̄ ad tenendū secretū sub prestito iuramēto oēs astringat. ⁊ de illo an hoc facere velint prius habet inquirere. qꝛ al's oino nō sunt eis nomina illa exponēda. Expost dicat q̄liter ꝑ talem ⁊ talē modū inquirendo de inimicicia nullā potuerit perpendere. Attamē subinferat si videbit sibi e duobus vnū aut ꝑ cōsiliū discernat qui sint ex deponētibꝰ repellēdi tāq̄ inimici capitales ⁊ quomō aut eligāt tres quatuor aut q̄nq̄ qui ampliꝰ nouerūt in villa aut oppido. amicitiā vel inimicitiā delati ⁊ testiū. ⁊ qui nō sunt p̄sentes i cōsilio ⁊ publicent illis tatūmodo noia delati ⁊ testiū. nō autē articuli ꝓcessus. ⁊ stabit iudicio eorundem Ex p̄mo nō poterūt bene testes repellere. attēto ꝙ iudex suos modos inq̄rēdi practicauit. Ex secundo v̄o totaliter se imunez faciet ⁊ oēm a se sinistrā suspitionez excutiet. Tenet etiā hunc vltimū modū seruare vbi delatus in alieno loco ⁊ patria esset captus. Et hec sufficiāt ad discernēdum super inimicitiā.

Questio. xiij. super ea que ante interrogatoria in loco carceris ⁊ turture proponēda. habet iudex aduertere, ⁊ est actus octauus.

Quid deniqz iudice agendū sit clare patet si em̄ vt cōis exigit iusticia ad penaz sanguinis nō iudicat̄ nisi ꝓpria cōfessione cōuincat̄. q̄uis ex alijs duobus habet̄ ꝓ manifeste deprehensa in heretica prauitate. scz. ex euidētia seu indicia facti ⁊ ex testiū productione legitima vt supra q. vij. tactū fuit. ⁊ de tali etiā delata ad p̄sens agitur. tūc vtiqz questiōibus ⁊ tormētis pro criminū fassiōe exponet̄. Et vt questio clara sit ponatur casus qui ⁊ spire cōtigit ⁊ ad multorū noticiā peruenit. Quidam honestus dum quandā mulierē per trāseundo nō ei ad nutum in venditione cuiusdā rei venalis cōplacere voluisset. illa indignata postterguz clamauit. in breui optasses vt annuisses. ⁊ est vsitatus sic mod⁹ loquēdi maleficarū vel a simili sensu quādo maleficiū ꝑ auisamēta volunt inrerre. tūc ille indignatus ⁊ nō īmerito super eā vultū posttergū vertit vt eam quo animo verba ꝓtulisset inspiceret. ⁊ ecce subito maleficio ꝑ cuss⁹os suū in obliquū horribili deformitate vsqz ad aures extenditur nec retrahere potuit sed multo tpe in illa deformitate ꝑstitit. Hic euidens factū iudici ꝓponitur. casum ponimus ⁊ an pro manifesta deprehensa in heresi maleficarū sit habēda querit̄. Respōdere oportet ex v̄bis Bern. in glo. ordinaria. ⁊ in ca. ad abolendā. vt supra qōne notata tangit̄ ꝙ sic. eo ꝙ tribus modis vt ibi tangit̄ quis vt taliter dep̄hēsus iudicatur. ⁊ illa etiā tria nō copulatiue. i. ꝙ omnia tria habent insimul cōcurrere. sed vnūquodqz per se. scz euidētia facti. testiū legitima ꝓductio ⁊ ꝓpria cōfessio. reddit maleficam vt̄ manifeste dep̄hensam reputari. Iudiciū autem facti differt ab euidētia. qr cū minus sit q̄z euidentia tamē capit̄ etiā ex verbis ⁊ operibus maleficorū vt in illa qōne septima tangit̄. ⁊ iudicatur ex maleficijs nō ita subito sed processu rēpoporis illatis ꝑ minas tamē etiā precedētes. sicqz concludamus ꝙ de similibus maleficis delatis. ⁊ que sb̄ defensionibus vt p̄missum est. defecerūt etiā vel nō defecerūt. eo ꝓ nō fuerunt cōcesse. nō concesse autē qr nō fuerunt petite. iaz nostra qustio versat̄. quid iudici agendū. ⁊ qualiter ad qōnes sit procedendū ꝓ dicenda veritate in punitionē sanguinis. Ubi plura sunt iudici ꝓpter ingentes labores cōtra maleficiū taciturnitatis aduertēdo que etiaz successiue ꝑ capitula deducētur. Et primū est. ꝙ ad maleficā questionādaz nō sit pronus. habeat tñ ad certa signa que sequent̄ aduertentiā. Quare aūt nō debet esse facilis. causa ē. quia nisi diuina coactio ꝑ sanctum angelū vt maleficiū dyaboli abscedat cōcurrat. ita insensibilis in illis doloribus efficit̄. vt mēbratim citi⁹ discerperet̄ q̄z aliquid veritatis fateri valeat. Nec ꝓpter h̄ obmittendū. tum qr nō equaliter oēs sunt hmōi maleficijs irretite. tum etiā quia dyabolus sponte interdū non coact⁹ sancto angelo maleficā fateri crimina ꝑmittit Pro cuius intellectu ea que supra in secunda parte opis. de modo prestandi homagiū dyabolo tacta sunt aduertēda. Sunt nanqz que sub certis annis p̄us dyabolo militant vt sex octo aut decē annis

